Nat Germaniæ procurator contulit Guillelmo le Roy cui partes sunt
officium parui Nuntij seu ordinarij de Toul, Metz, Verdun et Strasbourg
iuxta contractum cum eo initum die 29. Novemb. proxime elapsi agendi
Gigault et le Vasseur.

Die 18. habita sunt Comitia Suppliratoria in Angulo pro Litteris Nominatoriis
suppetiarum M. Philiberti Chastrux Carnotensis Baccal. Theol. in Comitio.
M. Nicolaus Lair Rector Britannicæ non minus fortiter quam diserte adnitens
tribus hominum generibus qui sibi adnitebantur, suamq; electionem in Rectorem
improbabant. Tum primum renuntiati sunt eius ornati virtutes, loco consueto
considerans. D. Rectori acta comprobarunt. DD. Procuratores referentes
M. Antonio de la Fargue concordia causa eadem tempore robando addidere

Salvo iure [illegible] quorum intibatur. prorsum ad D. Cosmum.

Die 18 M. Jacobus Leclerc procurator Nat. Norm. consuli offerens pueri Henrici pro officiis S. Dionysii Legati a Cuvane dioc. Constantiensi grandi viro Oliverio Huberti Constantiensis, iuxta contractum initum apud Cluppin a sorius dicy. dni

Die 29. eiusdem mensis habita fuit in Harcurio Deputatorum Universitatis Comitia, quibus cum D. Rectore interfuerunt DD. Decani facultatum Decretorum a Medicinæ, item ornatissimi procuratores 4 Nationum, Syndicus, Scriba a Quæstor eorum Academiæ. Tum postquam exposuit D. Rector causam congregationis ferias lectas supplicationibus a iniuriis, lectus est libellus supplex M. Petri Verrier Baccalaurei Theologi, Gymnasiarchæ Turonensis querentis sibi a Ludovico de Heynon Clerico a canonico, eiusdemq; Collegii Scholari a Bursario vim illatam ob detentatam exeundi hora intempestiva veniam, vocibus atrocibus verborum contumeliis gravibusq; minis palam insequente, gladiumq; districtum intentante, eundem quoq; die sequenti quasi offensa sibi impunitatis gratia hominis armatos ad Collegium adduxisse. Quo quia intendebat omnium scandalo magnoq; disciplinæ detrimento gesta fuisse, petebat ipse Gymnasiarcha rerum, qui portus Academiæ detrectabat, de Collegio deturbari Bursaq; sua spoliari. Vocatus idem Gymnasiarcha dixit se supplici libello quid addat nisi habere. Interrogatus quoq; Bursarius partim fassus est culpam, partim negavit. Amborum autem auditis sententiis omnes unanimiter censuerunt, ut prædictus Scholaris Bursarius primarium veniam, erratiq; veniam supplex deprecetur in aula Collegii aut alio loco publico, poenæ se subjicat præsentibus sociis quantam ipse primarius infligere voluerit, ad mensem omni emolumento a iure Bursæ privetur; demum ne quem admittat deinceps cubiculum Gladiatorum aut noctem sub poena omnimoda privationis.

Et ita ab ampl. D. Rectore conclusum extitit.

Alterum Cujus deliberationis fuit super altero Libello supplici Prioris Collegii promontoriensis postulantis adiunctionem Universitatis ad suum causam iuxta Sc[itum] an. 1619. die 4. Julij latum, quo cavetur ut prior prædicti Collegii sit aut in Theologia aut in iure canonico graduatus, neve de priorate decidi possit, nisi Regulas ordinis aut statutum violasse comprobetur; sibi autem a novo Abbate iniunctum ut demigret indicta causa. In quam rem placuit D. Magistrum Patronum Academiæ consulere, priusquam Libello fiat satis.

Die 19. Jan. habita fuit Comitia extraordinaria Deputatorum Universitatis, in quibus lectus libellus supplex Bursariorum Collegii Thesaurariorum, conquerentium quod M. Petrus Collet Baccal. Theol. eiusdem Collegii primarius se quoq; procuratorum eiusdem gerens, illas duo officia exercere contenderet. Sed quia dissolutis iam Comitiis primarius comparuit, iussit sua proximis Comitiis se sistere, interim vero apud Syndicum Collegii testes deponere, ut iis examinatis res [illegible]. Supplicavit pro hac Nicolaus Mistaut pernet per Romam, a Nicolaus Cordier Clericus Laudunensis Magistri

[illegible] adfuit primarius, planum diem utrumq; ei dixi. at

1669

Conclusiones Vniuersi Studij parisiensis anni 1669.

Die 5. mensis Jan. anni 1669. hasce testimoniales litteras petitio in Latinis a Graecis Guillelmo le Bel Ambianensi expediri iussit M. Nicolaus Lair Rector.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Nicolaus Lair Rector Vniuersitatis Magistrorum Doctorum et Scholarium parisijs studentium Sal. in Dom. Notum facimus quod Dilectus Noster Guillelmus le Bel Ambianensis confecto humaniorum litterarum et philosophiæ curriculo a nobis interrogatus et examinatus comperto et scire et latinè loqui et Graecè legere ac commode possit typographicam etiam artem exercere. Quare Nos ei testimoniales hasce litteras per Scribam nostrum expediri curauimus. Datum parisijs sub Sigillo Rectoris prefato Vniuersitatis an. D. 1669. die 5. Jan.

Die eij. eiusdem mensis habita fuit Comitia extraordinaria deputatorum Nationis in quibus lecta et libelles supplices Bursariorum Collegij Nauarræ quibuscum quod M. petrus Collet Bacal. theol. eiusdem Collegij primarius sequo procuratorem eiusdem gereret illaq; duo officia quæ distincta esse debent, exercere contenderet. Sed quia non adfuit primarius, planè ei dies ibidem dicti. paulo post verò dissolutis iam Comitijs comparuit, iussi q; sunt proximis Comitijs residere, interim verò apud Syndicum Collegij Statuta et Instrumenta tabulasq; quibus uti volent deponere, ac ijs examinatis refera quid rei sit.

Supplicarunt pro litteris Nominationis Michael Pabrier pbr Lemou. et Nicolaus Cordier Clericus Lauduncensis Diœc. in artibus. Item M. Joannes Doujat Decretorum Consultissimæ facultatis Decretorum petijs sibi dari Litteras scholaritatis, quas nondum se habuisse fassus est, immo nec præstitisse iuramentum solitum visitatis At quia res ista visa est grauioris momenti, D. Rector differendum sibi censuit donec quid facto opus esset, seriosius consuluisset.

Die 9. Feb. M. Jacobus le Clerc Procurator Vic. Nationis Normanniæ receptis Joannem Gardin Mercatorem parochiæ de Courson in Vicecomitatu Vicensi, Diœceseos ordinarium pro officio de Lunes dioc. Abrinc. et de la Tanne par. et Lalande dioc. Constant. contracto inito apud Cruchon et Mouffle 29. Jan. 1669.

Die 9. feb. habita sunt Comitia mensium & Ordinaria, quibus cum d. Rectore interfuerunt omnes & singuli tum Decani tum procuratores & Officiarij Universitatis, super pluribus Capitibus. 1. auditi supplices pro litteris Nominationis & admissi M.M. Franciscus Fregnaye pler Cenoman. Nicol. Godequin pler Bolon. Aug. in artib. Cæsar Ballet Dagny Catalaunensis, Nicolaus Dinyson Parisinus, Josephus le fabon Clb. Carnutens.

2. agitata fuit lis Bursariorum Collegij Navarræ contra Gymnasiarchas contendentium, duo ista munera primarij & provisoris seu procuratoris non posse nec debere simul ab eodem exhiberi. 1. quia id statuto cavetur, quod quia in quadam alia lite productum fuisse dicebant, exhibere non potuerunt. 2. quia ante quinque annos sedente d. Paris pro Judice, unanimi Bursariorum consensu conclusum & decretum nemini deinceps ad prædicta duo illa munera simul exercenda admittendi. 3. quia ne id fiat, refragatur validissima ratio. primarius nimi iam alienae satis potens & Bursariorum constitutus magister, pecuniam quam habere debet, posset ad arbitrium retinere, non reddentibus aliis expensa & sibi ipsi rationes reddere non ausuris illis reluctari. 4. conquesti sunt, quod ipse primarius soepe rogatus statuta Conclusionemq; prædictam communicare, semper renuerit.

Cum super his respondere vellet primarius dixit, talem esse in suo Collegio consuetudinem, ut duo illa munera ab eodem primario exhibeantur. negavit ullam esse Conclusionem quæ id prohiberet. Quibus auditis placuit provisoribus & viris ingere primario, ut statuta Collegij Conclusionem & de qua quæritur, cum Bursarijs communicet. Et ita conclusum.

3. actum de lite quadem quam M. Franciscus Bonnyaud Barcillonensis Theol. intentavit apud d. Rectorem, dd. Decanos & procuratores M. Antonio Bonenfant Decano Tribus Biturigensis ratione Quæsturæ Nationis Gall. quam negabat ipsi rite unq; collatam, etiamsi pro lege altiora viri seu Turnii Regenti debeatur. lectum instrumentum Juridicum prædicti Bonenfant, quo dd. Decanos Judices requirebat, propria lite contra q; Barralerium ad quam ipse accessorium contra Regentes quæq; prædecessores in Schatu; ipsumq; d. Rectorem recusabat, quia cum aliis Decanis, primarijs & Regentibus ipsius electionem invalidam irritamq; ac nullam in eodem Senatu esse contendebat. M. petrus de Langlet Syndicus negavit quidquam se quidquam vidisse super lite prædicti Bonnyaud. Itaq; non ultra processum, sed ad alia Comitia dilatum.

M. Samuel Darrole Quæstor Navarræ attendentia retulit de quodam Clive comitatus emere domum volente in fundo Clientelari prati Clericorum, sed pro iusta tantum libellas annuitatis offerre, placuit cum ipso Clive de pretio pacisci sibi non potest maiori. Deinde expetuit de locandis litis ad rem pascuarem pertinentis, item & ad pratum Clericorum contiguum respexit a d. Dalbuta nunc exulante, placuit d. de Launat fruendum in prædicti Dalbuta locum subrogari.

3. exposuit Idem Ille recuperanda pecunia a D. Grimany ob conductionem domus Academiæ debitæ. D. Mancellain Exoderanus salubriorum facultatis hanc in re prouinciam recepit iniungendi D. Morosini Venetorum Legati ut exoderet rem ipse agendi.

Custos prati Clericorum petijt sibi alias litteras prorogati officij dari: vel dilationem in cuius diligentiam inquisitum fuisset.

Postremo Ego Scriba postulaui iuxta Conclusionem 19. 23 aprilis 1667. Sigillis prorsum Academicorum probe munitas inscripti D. Darrole Quæstori, Vt pecuniam ob volumina Historiæ Vniuersitatis Supremæ Curiæ Senatoribus nomine publici oblata dilectam gratuitam; Item & aliam Summam prope huiusce Historiæ volumina prorsum Bibliopolis & officinarijs distributa iuxta Conclusionem 2 Junij debitam; Quam in rem D. Rector dixit non debuisse sibi sed in deliberationem reponi; ne Academia actum agere videretur aut irritum facere velle quod semel iterumque solemniter decretum esset. Itaque omnibus prorsum Bibliopolis nonnisi literis remittente D. Morel Decano Theologiæ facultatis aiente suæ facultati non placuisse sumptibus supradicti oblationem, placuit vnanimiter, vti pecunia supradictis nominibus debita ab ipso D. Darrole Quæstore publico missi Scribæ aut papyropolis, Typographisque persoluatur. Et ipse D. Darrole promisit vltro se quam primum soluturum.

2. postulauit imprimis a singulis Ordinibus Acta Instrumenta publica si quæ habuerint ad compilationem corporum voluminum mihi communicari; tum ex Erario Academico quingentas libellas missi aut papyropolæ supposuisset, singulis voluminibus; eo facto pollicitus sum me a Senatoribus & prorsum Bibliopolis & Vniuersitatis sua munera continuaturum, rotulum & Academiæ placere impensas omnes facere ad editionem corum quæ restant voluminum, pollicitus sum operam gratuitam ad compilationem rerum scriptis 12 voluminibus quæ honorarij lege missi postulauit dari. Quæ tum re placuit prorsum cum suis Ordinibus conferre, & proximis Comitijs definire.

Die 2. Martij habitis in Harcurio Comitijs ordinarijs deputatorum Vniuersitatis, admissi sunt 1. Supplices prolitteris nominationis eiusdem Petrus Colet pbr Diœc Rotomag. Baccal. Theol. Petrus Camuset parisinus Baccal. Theol. Franciscus de la Croix Clericus Bellouacus, Jo. Augustinus Clericus Cenomanus, Jacob. de Pierrepont Compendiensis Henricus Bourgeois pbr Diœc Cenoman. Jacobus Odeloüen Diœc Noviomens. Lud. Magnier Noviomens. Supplicantes per M. Antonio Leullier Regulus le Vasseur Silvanectensis Carolus Cleüet Noviomensis Magri in artibus.

Deinde Vniuersitati Primarius & Bursarij Collegij Reparationem altaris sui retulerunt prorsum Ipsi quibus auditis & collatis dicto a prorsum Vniuersitatis sententiæ conformis vt ad nouam electionem procuratoris a primario prorsum publicetur; Vtque procurator

alle electus fidejussorem det iuxta Statuta Vniuersitatis, reliquo vellet deinceps primarius idem procurator eligatur. Item postulante Syndico, ut primarius Statuta praedicti Collegij proxime Comitijs Ordinarijs, quo ijs examinatis leuiuscula ordo disciplinaq; deinceps in illo Collegio obseruanda. atq; ita ab Amplo. D. Rectore conclusum.

Tum Ornatissimus D. procurator Nationis Gallicanæ D. Darole Quæstor Academiæ retulit se visum examinatum Instrumentum Contractus emptionis domus in fundo Academico a D. Bolet de Champlay, die 24. Feb. 1664. apud Detroyes et Quesnel Notarios Regios, quibus pacto quarta tantum illius pecuniæ deberi nihil amplius librarum iuxta Edictalari, quod Lodimiorum et vinterarum vorum subtrahitur, reliqua ab eodem propria permutationis sine libero. proquo quidem iures septingentis libris ob relatas causas Procurator Academiæ se contentos dixerunt.

Postremo de voluminibus historicis Vniuersitatis a Muneribus relatum a singulis, prout fuerat superioribus Comitijs deliberatum. Et. D. Nouet Medicæ facultatis Decanus nomine ipsius retulit non modo se Munera quærendi facultatem improbare, sed et interdixisse D. Darole Operis Academici Quæstori ne quid pecuniarum eum ob rem persolueret.

D. Doujat Consultissimæ facultatis Decanus dixit nihil sibi videri moræ afferendæ, quominus Muneribus pecunia debita persolueretur; quo ad editionem vero voluminum et sumptus faciendos, ad proxima Comitia differendum.

D. Delgarbes Saluberrimæ facultatis Decanus idem se sentire dixit. Idq; et Ornatissimi DD. procuratores alterius. atq; ita ab Amplo. D. Rectore ratificato concluditur.

Die 9a. eiusdem mensis apertæ sunt binæ litteræ ab Vniuersitate Cracouiensi missi in polonia scriptæ ad Parisiensem, quarum superscriptio hæc eiusmodi, quibus quidem. Illmo. et Magnifico D. Rectori, Reuerendissimis, Perillustribus, Admodum Reuerendis, Clarissimis et Excellentissimis DD. omnium facultatum Doctoribus et professoribus Totiq; almæ Vrbis Studij Generalis parisiensis, DD. patronis et fratribus Colendissimis parisijs.

Alterius vero ad facultatem Artium talis. Illmis Excellentissimis et Magnificis DD. 4 Nationum in Alma Vniuersitate parisiensi Protectoribus, DD. et Patronis Obseruandissimis. parisijs.

Quid vero continerent illæ litteræ, et earum tenore intelligetur, quæ hic attexere visum est.

1669

Die 16. Martij: Stephanus Musallet Lugdunensis a D. Rectore sacer testimonialis
suo in arte Typographica peritia literas obtinuit

Visis patris huius inspectoris Nicol. Lair Rector Vniuersitatis Magrorum et Scolarium
parisijs studentium salm in dom. Notum facimus quod Dilectus n. Stephanus Musallet
Lugdunensis confecto tirocinio in arte Typographice a Nobis interrogatus et
examinatus, compertus est bene et grece legere et latine loquiri et preceptum
artem commode possit exercere. Quare Nos ei testimoniales sacras has fieri
sibique nostri expedire curauimus. Datum parisijs sub sigillo Rectoria presentes
Vniuersitatis an. d. 1669. die vero 16. Martij

Die 19. eiusdem mensis habita fuit Comitia suffragatoria. Item ad eadem sacrum
quae Sepulcri nomine nuncupatur. Suffragarum pro literis nominationis Egidij
de Rozay pbri dioc. Bajocensis Licentiatus in Jure Canonico ratione quinquennij in
illa facultate positi, Caroli Meras subdiaconi Trecensis, Renati de Bourges
parisini in Theologia Licentiatus ratione domicilij, Nicolai Levasseur Clerici
dioc. Rotomag. Francisci Forcourt Clerici parisini. Jacobus de Leglise
Bonorum duo. Lazarinsis Marchant et Barnabas Robertus
Bellenrontre pbri dic. Lexouiensis

Die 21. eiusdem mensis M. Antonius Martin de la Faye Baro Aquil. et ppe Rom
Nat Gall. recepti in Nostrum ordinarium pro urbe de Loudun dioc. Pictauiensis
Stephanus Dezalay pro obitu Jacobi parentis, iuxta contractus super initos die
19. Martij apud Lernot et Mire Notarios Regios

Eadem die habita fuit Comitia extraordinaria apud D. Rectorem, in quibus
Actum 1. de negotio Collegij ~~Parisiensis~~ Prouinciensis, conclusumq; vnanimiter vtilem denuntiandam
esse D. Archiepo Senonensi, item Maiori et Scabinis urbis prouinciensis aliisq;
quibus necesse erit intercessionem Vniuersitatis ne Barnabitae aut vlli Regulares
ad illud Collegium regendum admittantur.
2. de Cloaca prati Clericorum: quam in rem placuit adiri D. de la Reynie
politiae urbanae praefectum, et nominati qui adeant DD Martier Gymnasiarcha
Marescianus et Procurator Nat Gallic. Lyndenius et Chuvelot Artium
3. de funibus honorificis quae habet Natio Germanica in aede S. Cosmae quae
parochialis nunc exagitantur. placuit Vniuersitati praedictam Nationem in
omnibus prout potuit iuuare, ad eiusq; causam si patronis Academicis videbitur
accedere.

Die 8. Aprilis an. 1669. recepti sunt a M. Antonio Martin de la Faye esse
Nationis Gallicanae Bartholomaeus des Marets et Franciscus Piot Nuncij ordi-

Vrbis de Sonne Dioc. Autissiod' contracte inito apud Huare Gloriosi Nectarij Regios die quinto eiusd. mensis et anno

Eadem die Sabbatis in Harcurio Comitijs Ordinarijs deputatorum omnium Vtatis, quibus cum D. Rectore intibsfuerunt omnes cum decani facultatum tum Procuratores Nationum de pluribus capitibus deliberatum est. Imprimis auditis tum supplicijs pro litteris Nominationis M.M. Stephani Mignon Suessionensis Baccal. Rhetor. Egidius de Lescot du Bosset Clericus parisinus Magr in artibus a Bacc. etc. pro Supplicante D. Gre Nat. Gall. Petrus Vitte Cabillonensis, Renatus le Poulin pbr Andegauensis, Franc. Lerieul Viriacatus pontisarensis, Claudius Noel Trecassinus, Joan. Hullin Clericus dioc. Rotomag. Robertus Pallerin Cenom. Petrus Coulan Clericus Burdegalen. Baccal. etc. fuere

Q. conquestis Bursarijs Collegij Nauarrei quod a M. Petro Colle primario non fuerit executioni demandata sententia Vniuersitatis die 2. Maij proximè elapsi lata eius dignificata legitimè; audito quoque in eam rem procuratore fisci postulante dies detur primario iuberetur intentatâ pœnâ priuatois reddere rationem contumacie intra octo dies, decretum est vnanimi omnium proborum consensu, ne dies eidem primario detur proxima Sabbati ante Ramos palmarum iubeaturq; auctoritate Academie persistere rationem contumacie reddituros quoad noui procuratoris electionem et Statutorum Collegij exhibitionem. Si verò sit aliquis Bursarius qui soluendo, nec satisfaciat, decretum quoq; ne de prouincia procuratoris cuiusquam alterius demandetur. Et ita a D. Rectore conclusum extitit.

Q. D. Rector retulit dignificatum fuisse Intibersionem Vniuersitatis D. Archiep. Senonensi, Dyndimo primario a Viris, ne ad docendum in suo Gymnasio Barnabitas admittant: at verò Iesus factus ab ipsis Viris, admissos Barnabitas planè in eam rem pro DD. deputatos cum Dmo Archiepiscopo D. Procuratore Nat. Gallicano adiri D. Archiepiscopum rogarij Academia nomine, ne decretum istud Viris ratum esse patiatur.

4. de negotio prati Clericorum actum, reperto D. Carole procuratore et Quæstore Academiæ quendam nomine Colas ab Herdibus deputati D. Dufleuriel emisse fundum Cleritalem de lege ne eius Academia debitus pensionem fundum Dob. liberum penderet: eundem fundum posse ab ipso Colas vendi cum D. Coiffart ipsis conditionibus; porro ipsum Coiffart male gessisse rebus suis pulsatus; proinde q' nunc 24. annorum deberi pensionem. petebat ab ipsis Herdibus D. Dufleuriel emptum reditum $3^{\text{a}}\,0^{\text{b}}$. Libellarium a D. Ranquet contra ipsum Ranquet egisse Vniuersitatem petisse q' reditum illum sibi addici ad securitatem sui iuris Cleritalis. Hac de re consultum D. Maresquax Academiæ patronum respondisse sibi videri cum ipso Ranquet acturum agendum. Nominati cum prædicto D. Carole DD. Halley et Procurator Nationis Gall. ut videant qua ratione agi cum ipso Ranquet agendum.

1609

§. prædicty D. Jacobi rotulii de Cloux prati Clericorum iuxta appensum D. de la Renye se Senatui porrexisse libellum supplicem Academiæ nomine vti diximi protulit ad aquæductum faciendum, prout cum aliis decretum fuerat, sumptus & impensas contribuere iubentur. idq; comprobatum.

Die 9. mensis Aprilis M. Nicolaus Lair Rector Laurentio d'Ithory parisino confecto præd. curriculo interrogato & examinato expeditis iussis litteras testimoniales puritiæ suæ in Latinis & Græcis, ac Catholicæ doctrinæ —

Consilij decreto.

Die 13. mensis eiusdem habita fuit extraordinaria Deputatorum Visitatis Comitia in Harcuriano, quibus omnes & singuli Decani & Procuratores cum D. Rectore interfuerunt, ad audiendum a Gymnasiarcha & Bursarijs Collegij Ostrevariorum, quamobrem sententiam die 2. martij latam significatamq; legitimæ executioni non demandassent. Interrogatus Gymnasiarcha respondit [illegible] cum Bursarios convocasset, nec omnes vellet satisfacere ad securitatem omnium voluisset sibi tum ab ipsis Bursarijs, tum ab his quibus a Collegij Moderatoribus cura hac commissa fuerat, prorogatum munus procuratorium, donec illi aliter prouiderent. Visum id fuit in contemptum Academiæ Gymnasiarchamq; & Bursarios vocandere in damnum Collegij, ac iam ante accidit. Itaq; postulante Syndico omnibus precibus planè injungi nequit Gymnasiarchæ ac Statuta Collegij prætorum præscripti ipsi injunctum. placuit quoq; sententias die 2. martij & 6. Aprilis latas significatasq; effectum executionemq; debitam sortiri; idq; Syndici ac proxima die Comitiorum ordinariorum se sistere iubentur. Et ita nomine significarent. Et ita conclusum.

conclusum.

Supplicauit pro litteris Nominationis Ludouicus Rousseau Clericus d'Ecuelon.

Die 30. & ultima Aprilis habitaque est die Martij immutata per Quasimodo habetur Synodus Beneficiariorum Visitatis apud Matturinum insolito laudabili more institutoq; Maiorum. Cui e parœcijs unus tantum S. Gilmani interfuit. D. de Brede curio S. Andreæ infirmæ valetudinis causam pro D. ipsum Rectorem significauit. D. Reffite S. Cosmæ parœcijs nec adfuit, nec absentiam excusauit. E Capellanis interfuerunt DD. Gentil, Salampin & Dirys, cæteri absentium. planè autem absentes qui parisijs degunt, nisi intra octo dies se excusatos [illegible] multare ijs poenis quas ex re esse videbuntur, illos vero qui rusticantur per litteras admonere, vti se quoq; apud et Academiam excusent, ni fecerint, tum demum prouisum iri.

Die 2 Maij M. Abrahamus Martier Gymnasiarcha Montisacuti recepit
Franciscum Bruset Civem parisiensem Nuncium ordinarium pro urbibus
Dunkerque, Gravelines, Bergues & Furnes, contractu inito apud Rigault et Sorin
notarios Regios die 12. Feb. an. 1669.

Die 4 Maij in comitiis ordinariis Deputatorum Universitatis apud Harcurium habitis, quibus
omnes proceres interfuerunt, 1. auditi supplices pro litteris Nominationis, admissi
M.M. Joannes Andry Clericus Oriacensis, Antonius Sain-saulieu Clericus —
Ambian. Joan. Rabouyn Fran. Plemery pbr Lehomarl. Andry Sainct
Clericus Ambian. Petrus Mignot Clericus Belvacensis, Ludov. Pinel Clericus Constan
Franc. Regnault Clericus Ambianensis.

2. auditus Gymnasiarcha Thesaurariorum. dixit suo se diligentiam quam potuit
adhibuisse ad Statutorum Collegii sui perquisitionem, in eamq rem porrexisse libellum
supplicem Curiae contra detentores. re ad amussim examinata, examinatisque quae
eiusdem Gymnasiarchae responsis pro dignitate Academiae parum honestis placuit
nihilominus eidem adhuc indulgere octo dies, intra quos diligentiam quam dicit se
adhibuisse, tabulis argumentis & Actis demonstret apud Syndicum: quo tempore lapso
ni parata procuratorem aliquem a se nominari curet, cessurum proinde omnino
cum omnibus Academiae juribus privandum esse.

3. propositum de examinatoribus constituendis eorum qui pro litteris Nominationis
supplicabunt: sed quia visa est res magnioris momenti, placuit diligentius
examinari.

4 de lite ad parcum protracta, D. Halley Decani locum tenens pro suaviter
Decretorum professis in se provinciam inimicos patroni et rei promovendae.

5. de alia lite ad finem cliententem protracta Clericorum petrinorum D. Carole
Quaestor eorum Academiae curabit subrogari Magistrum Libellorum, qui causam
ad Consilium Regium referat.

6. actum quoq de Capellaniis vacantibus, quarum numerus retro inieri non potuit
7. proximis Comitiis referet praedictus D. Carole an DD. Bolet & Champlay 700ll
attribui, prout in praecedentibus conclusum fuerat.

Die 11. Maij habita fuit Comitia Extraordinaria Deputatorum Universitatis, in qua
actum 1. de lite qua interest Universitatis cum DD. Vassant et paget, conclusumq ut
DD. Halley & de la Fuye Gallio procurator cum D. Carole Quaestore eorum et Scribe
in curia loculos litis revisant, singulosq causae articulos recensant, de q de re
cum D. Bruset Sanctioris Consilii Patrono conferant, ut Academiae de statu eiusdem
facile possint eorum proximis Comitiis

2. D. Halley retulit se inivisse D. Mallonet de lite papyracea quae pendet in
Sanctiore Consilio, cum eo q convenisse de constituendo Causae Relatore
D. de Fieubet.

1665

3. M. petrus de Lenglet Lyndiny dixit se ab uno ex Administratoribus Collegij Hornacensis conuentus admonitum quod M. petrus Collet Gymnasiarcha procuratorium munus ejurare; quod si intra paucos dies Statutorum Exemplar ministrabitur Academiæ, in eam quippe rem scriptum a se ad Capitulum Rotomag. Continuo vbi M. Alexander Houel exhibuit instrumentum prædicto ejurationis missi quod scribas tradidit, quo constat prædictum Collet Academiæ decreto satisfecisse.

4. D. Deranus Salubernius facultatis authentico scripto patefecit suum facultatem exsoluisse summam mille duorum aureorum quinquaginta librarum quam D. Darle ab annis plurimis reponebat inter summas debitas Academiæ cum eidem arresti expungi rationes reddebat.

5. postulante D. de la Fage Nat. Gall. procuratore edidi nomina omnium qui Beneficia vacantia possidebant, & quorum improbitatem vacarent. Nunc autem hoc ordine digesta.

Cunarum trium prima postqua vacat S. Germani vetera possidebit a M. Simone Petre pro obitum M. Henrici Peigne ab an. 1652

Altera quæ vacat S. Andreæ a M. Antonio de Breda

Tertia quæ vacat S. Cosmæ a M. Dionysio Deffita pro obitum D. de Brie ab an. 1665.

Capellania Sanctissimo numero quinque possidentur 1a a D. Geffrier pro matrimonium contractum a D. Haby 6. Julij 1652. quam contulit facultas Decretorum.

2a. a M. Carolo Falampin. 3a. a Blasio Bioffod pro resignationem Jacobi Azam 1657. 4a Carolo Pastel pro obitum D. Gulliberty ab an. 1657.

5a. a M. Gabriele Rogeau 25. Jan. 1662 pro obitum M. Nicolai Quentin.

Capellania Castelleti nunc numero tres, quarum una possidetur a M. Claudio Joanne Denys professore Harcuriano pro obitum M. Claudij Vafflard 30. Martij 1665.

Altera a M. Nemmio Tassin. Tertia vacare imprimis pro obitum Venerabilis ejus M. Joannis Hautemps.

Capellania Heroldi Regis numero duæ quæ tres, quæ possidebantur a Joanne Fremyn & Antonio Baye, sed isti obisse reputantur

Est præterea una Capellania M. Mariæ in Ecclesia parochiali S. Andreæ de Arcubus quæ possidetur a M. Jacob. le Gentil

Die 1. Junij habita sunt in Harcurio Comitia menstrua et Ordinaria, quibus omnes Universitatis deputati pro more interfuerunt. Actum vero de pluribus Capitibus. 1. auditi supplices pro litteris Nominationis, et admissi qui sequuntur M.M. Robertus le Cerf dioc. Bajocen. plr in Theologia Baccalaureus, Laurentius Lempereur plr Silvanectensis Benedictinus Cluniacensis, Joan. Besson plr d. Sistaricensis Jo. Regnou Clericus d. Bajocensis supplicante pro eo d. Procuratore Nat. Norm. 2. lecta sunt litteræ d. Rectoris ad Reverendissimum et Illustrissimum Archiepiscopum Senonensem contra Barnabitarum institutionem in Collegio Parisiensi, et probata.

3. actum de litteris Universitatis Cracoviensis, et placuit rescribi a d. Rectore nomine publico promittig omnem opem et favorem, ac proinde in quæ rem adiri d. Nuncium etc. placuit quoq; literæ d.d. Procuratoribus ad eandem Universitatem rescribi, si ita eis videbitur.

4 D. Garbe Salubrium Facultatis Decanus, cujus nomine postulavit stipendium suis professoribus ab Universitate concessum decretumq; petivit, atq; ne Conclusioni quâ illud stipendium concessum est (1. Aug. 1651) satisfaceret, cedulæ sibi traditæ suo nomine subsignatam quâ testatum esse vult professores ejusdem Facultatis ab anno 1659. ad annum 1660. et ab an. 1666. ad an. 1667. diligenter ac strenuè suarum professionum muneribus fuisse perfunctos, ejusq; ac Regis aut alterius Oratoris nullum habere stipendium, sicq; dignos esse qui honorario Academico inxta prædictam Conclusionem gaudeant. Qua de re postquam deliberatum est placuit Salvis protestationibus eorum quorum interest a d. Rectore injungi Oratori Academiæ Quæstori, ut stipendium inxta prædictam Conclusionem 1. Aug. an. 1651. assignatum Salub. fac. professoribus publicis prælocutis intrioneis reddituros. Et ita conclusum.

† datumq; 20. Maij anni præsentis 1664. [illegible]

5. conquestus est d. Otalley et declaravit quod d. Dacrocq nisi suum præstitisset eorum quæ pollicitus fuerat postremis comitiis, illo vero respondente penes se esse instrumenta litis quæ dam apud d. Brunet, placuit ea die Lunæ proxima recenseri et examinari, ac ijs examinatis consulantur patroni de remedio quod sit malo afferendum.

Die 21. Junij habita sunt Comitia Supplicatoria, postquam in angulo præsidij consessum pro more supplicarum pro litteris Nominationis nom. Claudius Sancey plr dioc. Trecensis absens per M. Petrum de Langle hyadium, et Jacobus le Clerc Clericus dioc. Constant.

Hora in Comitio ubi consedissent Decani et Procuratores cum Rectore accubuissent et inventus esset in quendam ex Academicis, qui velut Monarcha

1669 [illegible] omnium rerum arbitrum ageremus, atq; in eam rem ad preces publicas seu supplicationes solennes rogaturi essemus, ne pestis illa tum exteriora subito compressa pateret.

Die 13. July. habitis in Starutorio Comitijs Ordinarijs deputatorum Vniuersitatis, quibus omnes procures & officiarij introsubire excepto Syndico, pro Carolo le Sueur absente et in Regentia legitime impetrato in Collegio quodam apud petrardos supplicante M. paulus Clemente Nat. Picard. procurator, et eius nomine litteras Nominationis obtinuit.

Deinde de pluribus capitibus deliberatum est. 1. quidem D. Rector exponit se litteras ad Summum pontificem pro Academia Cadurcensi composuisse, petijsse quo sigillo plures eas munirit. placuit vbo sigillo Magno Vniuersitatis in eas regyti. placuit quoq; ad Vniuersitatis Cadurcensem regyti.

2. relatum est Consilium patronorum Academiæ in rem parochiæ S. Cosmæ pro jure Nationis Germanicæ consultorum. et conclusum esse rem videri non tantum prædictæ Nationis sed et ipsius quoq; Vniuersitatis litem suscipere aduersus Matriculatos pro defensione iuris tam antiqui tamq; publici. Eapropter DD. Decani & procuratores suarum facultatum & Nationum nominibus omnes opes auxilium fauorem q; prædictæ Nationi Germanicæ polliciti sunt: processu vbo litis. & temporis delibe raturi Vniuersitatis an ad litem illam accedere debeat necne.

3. conquestus nonnullos Augustinos Collegij Cardinalitij Virtutis, quod in ædes fabri Lignarij & alij eiusmodi artifices in ea habitarent contra Statuta Vniuersitatis, conclusum in eam rem inquiri oportere.

4. D. Halley retulit de re papyracea. Electus Causæ Relator apud Sanctum Consilium D. de Ferreouet.

5. de negotio pratis Clericorum duo extare in Sanctiore Consilio lata Decreta. primum omnino retractum videri. D. Bruslet patronum asserere non ita dilapsum eius Vniuersitatis ut recuperari non possit. Conclusum itaq; in eam rem consulendos patronos per ordinem Deputatos.

Die 3. Augusti in Comitijs Ordinarijs quibus omnes adesse debent, supplicarunt pro litteris Nominationis illi qui sequuntur & admissi sunt. Joannes Drapier Clericus Carnotensis, Daniel

Amonton subdiaconus Rotomagensis, Martinus Lynart acolythus Rotomag. Petrus
le febure pbr Cenomanen. Guill. le Taillandier acolythus Redonensis, Alfonsus
le Gendre clericus Rotomag. Guill. paris pbr Cenoman. petrus de Gueutteville
clericus Rotomagensis, Jacobus Durand acolythus Silvanect. Jacobus Bourgeois
Trecensis, franciscus le Normand acolythus parisiensis, Julianus Benoist
diaconus parisiensis, Claudius Aubri clericus Laudunen. Jo. Johan pbr
Cenoman. Ludovicus Bonnefoy acolythus parisiensis, Antonius le Forestier
clericus Ebroicensis, Joan. Blanchard victoriarius dioc. Catalaun. Franciscus
le Maire Laudunensis, Ludovicus Buroille acolythus Ebroicen. paulus
Desbayes clericus Ebroicus, Franc. Chrondeau pbr Cenoman. Joan. du Chemin
acolythus Ambianen. Ludovicus du Rosey clericus dioc. Noviodunensis,
Ludovicus Noel cler. dioc. Constantiensis, Ludovicus Hiron pbr dioc.
Abrincensis, Jo. Rendot pbr Nivernensis, Jo. Durand clericus Cenomanen.
Robertus Lubin clericus d'Ambian. Damianus Lair pbr Ebroicensis, Daniel
le Vasseur clericus Noviodun. Stephanus de Nully Bellovacus, Hugo
Auxcousteaux Bellovacus, Jacobus Geffrey pbr Ebroic. Franc. Gallebon
pbr Sagiensis, Ludov. Esnault clericus Cenomanus, Andreas de
Jonrieux de Chardonay pbr Cenomanen. petrus Catalan Clarmontensis,
Josse Bellovacus, Carolus Nicolaus pasquier pbr Constantiensis Nicol.
le Roy Bellovac.

Die 13ª Augusti Jacobus Geffriere receptus fuit a D. procuratore Nat. Gall.
Nuncius ordinarius pro urbe Meduantensi diœcesis Cenomanensis pro ultimo
Michaelis Geffriere fratris iuxta contractum initum apud Huart et Soriau
Notarios Regios die 12ª prædicti mensis.

Die 14 eiusdem mensis habita fuit comitia provisoria facultatis artium de
more apud Mathurinenses ad recipiendos examinatores utriusque examinis,
tum superioris scilicet quam inferioris. Et id primum capue fuit deliberationis.
Nominati sunt a Cancellario B. Marie isti, pro natione Gallicana M.
Mallemant Baccalaureus Sorbonicus, pro prædicta M. Lullier Bacc.
Sorbonicus. pro Normanica Desfreyne Bacc. Rothom. pro Germanica

Numan Magy in Artibus. ish vrbis a Cancellario Sangenouefiano, Mr. Stephanus Maupriue Baccal. Hh. et phiæ professor in Cardinalitio pro-
Gall. Joannes Marcellus dela Motte Sonis Laudunensis pro priuilegij.
Alexander le Barbier Baccal. Hebr. in Marcianæ pro Normania
Jo. Baptista Mar sleyre Baccal Hebr. pro Germania.

2. actiffebus duo Supplices, vnus postulans † immunitatem ab onere
Sorbonici proximis phiæ cursus, altero Suessionensis,
nunc Transacto
nunus petens ad examen Artium admitti alterutrius Nationis,
citra prædecessum et donec lis quæ inter Nationem Gallicanam et
priorem inter de finibus
de sententia fuerit

3. eh. Joannes Goudoüin Linguæ Hebraicæ professor acri vegementi
declamatione inuectus est in procuratorem, decanos, priores et
selectos viros Nationis suæ Gallicanæ, quod in Comitijs quibusdam
priuatis, (quæ Clandestina veritatem) non conuocata tota Natione sportulas
facta conclusione quam legi palam cum commento, vide constaret
quid causæ esset cur sportularum alias magis inutiles, nempe
Comitiorum, abrogatum alias quæ in sacris Nationis et Supplicationibus
Rectoris vocari solebant, imminuissent, eo quidem protextu, vt
Nationem ipsam magno iam fœnore obstrictam et grauiori obstringendam
ob. sumptam mutuo pecuniæ ad caducarium ædium reparationem
reædificationem q' leuarent; cuncta autem vt pauci decreto domina-
rentur, contra quam fieri status aut Nationis aut Vniuersitatis,
qui nec Monarchicus nec Aristocraticus sed democraticus
solummodo hactenus extitit. vnde et procuratorem ipsum Tyrannum et
vnum e Decanis Tyrannorum Reipub. nominatim appellauit; postulauit
vti Nationes cæteræ rem suo iudicio restituerent in integrum,
etiam quod omnes tangit, ad omnes referatur, Natio q' ipsa Gallicana
tota et frequens de negotio deliberet. Ad hæc Ornatissimus Gallus
procurator. nihil se in prædicto negotio egisse nisi quod iustum est
quod q' ipsa necessitas extorsit; nihil quoad modum, nisi legitimè, vt
potè iuxta Statuta, quibus grauioris momenti negotia, etiam ad Academiæ
obtinentia demandantur, imo injungantur procuratori cum Aristocratico
Nationis suæ Consilio communicanda. Secundum vero ea Statuta

† franc. Boucher.

iudicatum nuper a prorectore Vrbano in re simili, seu vbius audeq; cum conquesti fuissent nonnulli Baccalaurei deputatos domos Nationis readisiang capisse iubente Consilio supradicto, non vocatâ Natione ipsâ. Cuibum ne- ner d. Rectorem ner Nationes ipsas agnoscere ac tueri posse Iudicij pendente lite in Senatu flagrantij stigmate quod ab ipso Goudouin popularibusq; Baccalaureis male exercitatum, st quoq; Nationis ipsarum membra a sensis discluntur; Neq; enim sibi prouribusq; suæ Nationis visum fore Senatus prudenterq; actum satis, inimicis Iudicibus rem tanti momenti committere; quod tamen Tribunal alias ei sibi q prouribus suis Venabile futurum fuisset. Itaq; se viriliter gerere si quid secus fiat, ad Iudicij quod prius, appellare. At vero se quod suarum partium est, non executurum, Nationiq; suæ prout legibus eiusdem cauetur, antequam ea pristylio discedat, rationem actorum suorum redditurum, vt illa pro prudentia sua comprobet quæ bene gesta, castiget et damnet quæ propebum gesta videbuntur. Audito in capita proposita procuratore fisci, quoad primum nihil se afferre nouæ quominus admittantur Nominati a meritissimis Cancellarijs Examinatores; quoad alterum, videri quod iustum quod supplices postulant, de tertio, controuersiam esse grauioris ponderis, quam vt extemplo decidi queat; prius enim discutienda statuta quam ferendum vllum iudicium; id autem non posse fieri tam breui morâ Comitiorum ac proinde procrastinandum videri, Consulto Nationes prouisos procuratores ita retinerunt, Gallicana quidem se Nominatos a meritissimis Cancellarijs Examinatores admittere, nisi ophtalmico dispensare, Trans-Axonanus examini citra alterutrius Nationis præjudicium permittere. M. Ioannis Goudouin querelam reijcere, ratasq; et grata habere quæcunq; gesta sunt a suo procuratore in priuatis etiam Comitijs Picardicis, idem sentire de Examinatoribus utriusq; examinis, et de supplice Ophtalmico; quoad Trans-Axonanus vero, velle rogatum d. Rectorem vti Bursas ordinet, d. Lengles Syndicus Censorij officio fungi, Examinatores duos e Picardia, duos similiter e Gallia præficiat. De Negotio Gallicano Nationis, priuatis Comitiis visa habere, velleq; vt Generalia omnium Tribuum eiusdem habeantur. Idem Normanica, Germanica, in- cautis consentiat prælectionem de negotio Gallicano Nationis, de quo dixit sibi non liquere. Itaq; d. Rector cum duabus Nationibus Picardicâ et Norma- nicâ concluxit. Procurator vero Gallicanus reprimi conclusionem eiusmodi planè videri inutilem quæ actum agere iubebat. Et sic discessum.

salvo semper

1669 Die 21. eiusdem mensis et anni habitis in Harcurio comitijs privatis facultatis artium, quibus mag. d. Rectore intra fauces ornatissimi procuratores quatuor Nationum, Syndicus et Scriba, actum de quodam libello supplice porrecto a M. Francisco Bonnyaud Baccalaureo Rothomago Normanniae postulante Jacobum Marquant a se esse a M. Cambout reiusdem Nationis in tribu Bituricensi Baccal. nominatum in minorem Apparitorem admitti ad sacramentum a d. Rectore propterea quod ab ipsa Natione repudiatus fuisset. lectum quoque instrumentum publicum per Arrensum Castelleti iussu M. Antonij de la Fuye eiusdem Nationis Gall. procuratoris d. Rectori significatum die 19. praedicti mensis et anni, quo interpellabatur ipse d. Rector tam procuratoris quam Nationis praedictae nomine litteras expedire Rectoriales Jacobo Quillau Civi parisiensi minori suo Apparitori iurato iuxta ipsius Nationis Conclusiones Litteras sigillo magno et authentico munitas, die 14 eiusdem mensis minus. dies eidem d. Rectori direbatur apud proprietorem urbanum, ut tergiversationis causas videret. Lectum et aliud die ipsa 21. eidem Rectori significatum, quo propter causas plurimas in eo contentas et alias fusius enarrandas rejiciebatur ipse Rector Judex, et si quid contra rejectionem eiusmodi aliquid decerneret, denunciabatur appellatio ad superiorem Judicem vitiosae secreti obreptionis. His actis rogato d. Rectore e Consessu discedente, egressoque quoque Nationis Gall procuratore, plurimi reliquis tribus eundem procuratorem seorsim rogare, num quid haberet unde probare posset d. Rectorem cum praedicto Bonnyaud et Consortibus colludere, respondente vero illo non posse dari Collusionis argumentum manifestius, quam quod ipse Rector semper rogatus nomine quo supra litteras expedire recepto in Apparitorem Quillau, pollicitus etiam se facturum, moras tamen semper subinde nectens, tandem produxerit, donec praedictus Bonnyaud libellum de quo quaestio est porrigendum statim ille accepit et subscripsit ipsa die 19 post factam interpellationem Edicti Dictionem supradictae aliis proinde rejectionis seu rejectionis editis rationibus, egressoque ipso procuratore, reliqui tres ita censuerunt, Picardiae et Normanniae non videri sibi rejectionis causas legitimas, Germaniae vero videri iustas et legitimas. Revocato d. Rectore ad consessum auditis praedictis Bonnyaud et Cambout postulantibus statutum suae Nationis ad Apparitores faciendos ad amussim observari, explicata statuti vis et mente Legislatoris, exquisito eiusdem vice tum ante quam post promulgatum statutum, commemoratis quoque Nationis praedictae Conclusionibus quibus antiquius visum assibitur, nonnullis tamen hinc inde annis intermissis rotatis, damnatur, rogatis demum praedictis Bonnyaud

& Camboust num quid habuerit quod opponeret, aut Actum aliquod produxerit presentib. unde constaret Decanos singulares Tribus recurrente vice Apparitoris aliquando nominasse & Nationi presentasse, aut alias Statuti memorati explicationem habere quam quae usu recepta est, nimirum quod singulae Tribus alternis vicibus quotannis 6. die Jan. supplicare non pro creatione Apparitoris seu electione pura et voram & simplici qualis fit vacante officio, sed pro prorogatione officij; negantibus vero illis se quidquam habere aliud quam legem ipsam quae clare verbis conceptа est, tandem audito procuratore fisci ita singuli singulis, et. partibus semoto Bartal. Laurens Theologus Picardiae procurator, loco ex tempore possit iudicari deinde libellum supplicem ab ipsis Bonry and & Camboust porrectum propter repugnatam tribunal, videri tamen non non liquere, id deq; ampliandum. et. J. le Clerc Bartal. Theol. procurator Normaniae, adiudicandum ex tempore suppliribus quod postulant, quandoquidem a procuratore Galliae nihil proditum est M. Nicolaus Loucys procurator Germaniae, videri quoq; ampliandum. et ita conclusum a d. Rectore secundum sententias praedictorum Picardiae & Germaniae procuratorum.

Die 23. Natio Gallicana apud Mathurinenses hora 7. matut. contulit officium magni Nuncij pro Archiepiscopatu Tridentino in Tirolio, Dionysio Francisco Vabois Civi Paris. presenti et acceptanti vacans per obitum Claudij Gombault Civis quoq; Paris. ultimi possessoris Parisiis.

Die eadem et. Antonius Martin de la Fuye hon. Gallicum Nationis procurator Joannes potius Nuncius fecit ordinarium pro officijs & verbis de Gastines Dioc. Nivernensis, de Lorme & Vervelay dioc. Aduensis, iuxta contractum cum eo initum apud Huart & Lorme Notarios Regios die 2. Aug. elapsi.

Die 29. Aug. M. J. le Clerc procurator Nationis Normaniae contulit officium Nuncij ordinarij pro officijs de Gaurey, Hambye, le Quillain, le Bourg, Essoyes & Pontfarcy dioc. Constant. & Abrincen. Andreae des Rues Civi d'Annebec dioc. Constan. contractu inito apud Guyffin et Morgue Notarios Regios 23. Aug. 1669.

Die ultima Aug. habita sunt Extraordinaria Comitia Facultatis Artium in Marturiano, quibus interfuerunt cum d. Rectore Ornatissimi procuratores 4 Nationum. Eorum vero causam habet esse retulit d. Rector, ut de libello supplice M. Francisci Bonryand iudicium fiebatur. Mandatum vero sibi significatum interim nomine procuratoris Nationis Gall. Actum seu Instrumentum publicum, quo a sententia lata 21. Aug. ea nempe qua

1669

non obstantibus rationibus propositis Iudex litis de bidellatu constituty-
fuit a duobus Rectoris ipsius duntaxat procuratoribus, Senatum appellat. Rogatus prodictus
procurator dicere si quid haberet vltra, respondit se suum Nationisq; Gallicanæ
mentem aperuisse publicè et actis publicis, recusationis causas plus iusto
legitimas esse, et tales visum iri æquis rerum æstimatoribus; Rectoris
electionem nunquam probatam Nationis suæ proceribus, ob idq; litem
pendere in Senatu et cum ipso et contra ipsum; in re vbi prouenti non
Iudicem ipsum sed partem aduersam egisse; idq; actis constare: idcirco se in
priori sua declaratione firmum consistere, nempe Rectorem dubium
Iudicem reiecisse, et a sententia constituti Iudicis nuper lata appellasse
et etiamnum appellare, nec vltra prouinationem posse Tribunal quale
hodie est, agnoscere. Egresso ipso procuratore, quo sententiæ diceretur
liberius, prodictus Bonnyaud interrogatus dixit Nominationem Jo.
Marquant in Apparitorem, factam legitimè a se et aliis quorum ius fuit,
ex statuto nempe Senatus autoritate confirmato, cuius partes nexu tam
indissolubili connectuntur, vt ab inuicem separari non possint aut distingui
quoad executionem. Frustra obijcit Nationis Conclusionem duas, illamque
quippe, temerarias et absurdas, siquidem iis contendatur infringi quod
sanxit Superior Autoritas. Auditis partibus, audito quoq; procuratore
fisci dicto sunt sententiæ in hunc modum. procurator pecuniæ, -
nullam habendam rationem appellationis, addendum Supplicibus quod
postulant; iniungendum procuratori Gallicano ne proximis Comitijs
prorogare etatium facultatis rationem vllam, quamobrem Rectori diuersi
dixerit apud Prætores Vrbanum et Tribunos Rectorium declinandi:
Idem dixit procurator Normaniæ. Germanicus contra, Gallicani
procuratoris appellationem legitimam videri, æquasq; rationes quas protulit.
Itaq; sedium plures et sedium Supplices a D. Rectore iudicatum et conclusum.

† Harcuria Die 7. Sept. habitis in Lexouio Comitijs ordinarijs vrritatis quibus ano-
excepto Procuratore Germanico interfuerunt omnes Proceres cum Officinarijs,
plurima deliberationis capita fuerunt proposita. 1. auditi Supplices pro litteris
Nominationis et admissi qui sequuntur, M.M. Nicolaus Boiteau clericus Bellouac.
Lud. de parde Clericus Rotomagen. Franciscus Cretois Meldensis, Renatus Carlier
Clericus Cenoman. Jacobus Obreau pbr. dioc. Sagien. Andreas Lestourmy pbr
dioc. Cenoman. Antonius de Hennezuac Nouiomensis, Sulpicius Fissot Clericus
Nouiomensis, Jo. Henryot Diuionensis, Jo. Baptista Monneau Clericus Paris.

Petrus Pyron pbr Cenoman. Franciscus Mandas pbr dio Rothomag. Suppliante pro eo D.
le Sonte Baccal. Theologo, Reginaldus Hardy Clericus parisius Deu
Ludovicus Masson pbr dioc Cenoman. Mathurinus Langlois pbr dc Cenoman. Jo. Baptista
paillart Ambianus, Nicol. Morisseau Aduensis, Guill. Garnier clericus parisius.

Vnius duntaxat M. Reginaldi Hardy litteris testimonialis difficultates reperierunt
in quibus pro triennio Theologio dicitur excepisse lectiones Magistrorum Guiffard et
Saussey contendentibus nonnullis debuisse apponi horum verba, scriptis et auribus alijs
contra, verbum ipsum singulariter satis exprimere, nec esse quidquam in ea formula
innouandum; nullam enim esse legem publice scriptam qua id iubeat. Verum cum
facultatis Theologie a Medicina non tantum audire sed et scribere iubeant, placuit
consuli professores an pbr excepisse, intellexerint necne scripsisse et audiuisse.
Interim concessa supplici litteris nominationis.

Q. postulante Jacobo Marquant minore Bidello nationis Germanice adiunctionem
In Comitiis D. Rector dixit de re praeminenti, quam grave futurum esset, allegando veritati Senatusconsultum de ea latum. Dixit quoq; de famoso quodam libello edito nuper in Curiam autore incerto contra D. Bignonium etdoratum Generalem et alios primarios Curiae Parlamentariae; se autem facta inquisitione diligenti gaudere quod facti famosi suspicio in nullum et Academiam cadere posset. Dixit praeterea de dissensione animorum quae causa fuisset principia iacturae litis; atq; ad concordiam, qua parua res crescunt, quamdiu magno discordia dilabuntur, cohortatus esset ne recentis ad concordiam animi tanto malo remedium procuretur. Actum deinde in Horum Collegia cuiusq; norem: dumq; autem a Bidello vocarentur singuli Ordines ad procedendum decantatum est ad Doctores Regentes in Artibus qui pro veteri vsu et consuetudine vocari solent Baccalaureos in Theologia et immediate ante procuratores Nationum, M. Antonius Tamponnet Baccalaureus Theologus vociferari coepit se nouam rem agere nouam, ne procuratores Baccalaureos sibi Bidellus abstineret vocare ad ordinem Regentium: res (ne turbarum causa fiat) suffragantibus Baccalaureis suo Doctoribus Theologis, Medicis vbi, praesertim antea ch. Armando Maumillain Exoterano reclamantibus turpe esse et pudendum sacerdotibus mouere in suis aedibus turbas. aegre tandem procedunt in ordine quo gaudere solent. Ingredientes D. Rectorem in Basilicam Canonicis non exspectant, id se pro more facere contestantes, nec se aliis quae Regens solere exspere.

Die 16. octob. habita fuit Comitia Rectoria, in quibus prorogata fuit sessio amplis. D. Rectori referente M. Bourser Quatuorviro Gall. Nationis suffragantibus ctis MM. Jamboin, Aubert et Janvier collegarum Nationis Intrantibus. priusquam vero id fieret, auditi sunt supplices. ch. Lefort questus est nondum sibi locum assignatum a Nationibus Gallicana et picardica, petitq; vt de ea deliberari, iuxta Conclusionem postremis Comitiis publicis factam. 2 M. Antonius Tamponnet Baccalaureus Theologus questus est etiam quod Natio Gallicana nollet recipere Baccalaureos Theologos in gremium suum ante triennium aetatis annum, cum tamen ea conditio nullatenus requiratur ad receptionem ex nupero Sto. sed tantum ad electionem Rectoris. 3. Illustris Abbas David Nicolaus de Beltier Tolosas Magr. in artibus et Baccalaureus Theologus in vniuersitate Tolosana supplicauit se gratiam sibi collatam receptionis in gremium praelatae Artium facultatis pro qua adiit patriam ad alias, seu iure adoptionis propter confoederationem societatum Vniuersitatum, seu ratione habitae laudabilium officiorum a Gente sua praestitis vbi-cumq; in vniuersitatem parisiensem contra Turnonios tollatorum. cumq; praelari facti vt ostenderet quam iam ante memor fuisset pans. vniuersitatis tabellam, authentica exhibuit ex Actis Academiae testimonium-

quo facta est fides an. 1630 die 17. Aprilis. habitis a Rectore Comitijs privatis quibus
interfuerunt ipse Rector, Decani, Procuratores cum Procuratore fisci, ab ipso Rectore
verba fuisse facta, quod clarissimus ac nobilissimus vir D. Bertrandus Supremus Senatus
Tolosani Praeses integerrimus atq; adeo honestissima Bertrandorum familia de studiorum
Universitate optime merita esset, praesertim in causa gravissima quam adversus Turnonios
Rectore et. Jo. Alberto obtinuerunt Gallia Universitati, rationi maximè
consentaneum fore, ut Academia ne immortalium Bertrandiorum memoriam ex alio
deposuisse videretur, DD. Bibliorij omni genere officij prosequatur. D. vero
Bertrandium in sacra facultate Theol. parisiensi Baccalaureum ejusdem D. Praesidis
filium postulare a Sapientissimo Theologorum ordine sibi gratiam fieri cujusdam
temporis, ut primum cursum Theologicum inire posset. Unanimi autem consensu decretum
M.M. Joan. Albertum et Jacobum Capreolum qui tot tantos DD. Bibliorum
merita apud sacrum Theologorum ordinem singularibus verbis commendarent,
eumq; totius Universitatis nomine vellent exoratum, ut pro eius liberis D. Bibliorum
primum studium Theologicum emetiris: Deinde pro munere defunctos postulatum
gratiam impetrasse. Habitis die 2. Maij ejusdem anni Comitijs. Nunc ergo se
a procerta Artium facultate postulare gratiam cujus ipsa sola potuisset,
nepoti bene meriti Praesidis, quam Universitas ejusdem filio nunc Montalbanensi
Episcopo patruo suo postulavit a sacerrimo Theologorum ordine concedi.

Super quibus quidem supplicationibus postquam a Syndico expositum est 1. a
mm. le fort et Dampont nisi serium communicatum, nec materiam ejusmodi supplic
cationum esse finis loci, de quod pendeat ex Constitutionibus et Statutis serio et
mature examinandis. 2. nec sibi videri habendam ullam rationem Gradus aut
commendationis Universitatis Tolosanae quae adeo deflexerit a suis Institutis ut in
ea vix ullus e magistri seculari sit qui publicè doceat, posse tamen illustri Abbati gratiam
concedi quam postulat ob Gentis suae merita et officia in sanctam Academiam, tum
super ea re amplus D. Rector, admisit Nationis ad deliberandum: quarum
singulae per suos Procuratores ita retulerunt. Gallicana quidem non modeste
nisi asserens morem quominus indulgeatur praedicto Abbati, sed ex futura gratiae
ipsum deberi Bertrandiorum genti de Academia bene meritae, ut constet apud omnes
quam sit Universitas non ingrata nec immemor accepti beneficij. Idem
consulebant Picardi, Normanni et Germanica Bibleria Gentis cujusque insignium
officiorum ratione habita, nulla Gradus in Academia Tolosana comparati.
Itaque amplus D. Rector praedictum Abbatem Bertrandium qui bene meriti nepotem, hoc nomine
ad doctoratus facultatis jura admisit, quibus gaudere solent Academiae praestantissimi
alumni. de caeteris supplicationum aliarum capitibus nisi conclusis die
quibus nisi proponendis ad deliberandum.

Die 18. apud Scholares. electus Abbatia in Parisiensi patruus Bertrandius
Comes Parisiensis. pervolutum patris et Domini Regis et Reginae literis gratiae

Die 25. mensis Octob. Rabita sua [illegible] in Graffinaro apud ctmpos. D. Rectorem Comitia Deputatorum praeclaro facultatis Artium ad examinandum et discutiendum M. francisci le Fort professoris prelleo-Bellovaci negotium iuxta Libellum supplicem ab eo porrectum et significatum ornatissimis dd. procuratoribus de eb. eiusdem mensis, quo petebat sibi ruram Nationem assignari in qua stipendia mereri possit et deberet. Super quo negotio exposuit idem d. Rector iampridem satisfactum oportuisse isti postulationi: sicque de mora Nationum Gallicano ipsi priardica imprimis et publice conquestus praedictus Le fort; conuenisse quidem Selectos seu Deputatos utriusq; Nationis, sed nonnis subinde emergentibus difficultatibus rem semper indefinitam reliquisse: operae autem pretium esse nunc, ne mora ista Nonnis suam operam in publicum commodum conferenti damnosa sit, alterutram Nationem supplici assignare iure saltem fiduciario, seu ut vocant, pro modum provisionis, vt eo citius amba Nationes suam de finibus controuersiam dirimant. Exrepit Ornatissimus priardica procurator et dixit — hoc ipsis matutinis Comitijs a Natione sua exemplar conventionis seu compacti editum, cuius conditiones si velit Natio Gallicana admittere facile sit impraesentiarum isti liti omnino finem imponere, prout priardi habitum iri omnes nostrates. porro modum esse velitum Nuntiatimus suae Nationis, modum quoq; ex ijs Gymnasiarcharum et Regentium stipendia, quorum si numerus augeatur, futurum sit ne modum istud ad nostrum deueniat: nisi tamen se asserve moro, quominus praedicti supplicis postulationi fiat satis. Ad haec Ornatissimus procurator Nat. Gallic. de conditionibus in compacto a priardica Natione appositis nisi posse referre aut respondere inconsulta Natione sua, aut non consultis saltem proceribus ab ea selectis: satis constare cuius debeat esse Nationis praedictus le fort ex actis et instrumentis quae apud ctmpos D. Rectorem produxit, praesertim vero ex conclusione ipsius Nationis priardicae facta in scholis suis die 30. Aug. an. 1668. qua mm. le vasseur et Montan similiter Regentes idemq; petentes quod nunc petit ipse le fort, nos Trans-Axonanos agnouit esse priardos et suos: nec obstare quod in eadem apponit de Nuntiatibus, quos aut sibi denegasse non ita pridem Nationes Gall. quo tempore nulli erant e Natione fidelissima professores qui istorum repetendorum fategebatur; siquidem non liquet istud, et supposito audienda est Natio ipsa Gall. etiq; postulare, vt nus ipse le fort Trans-Axonanus sit e corpore eadem oppido oriundus, unde M. Ludouicus le Vasseur et absentur similiter inter priardos. Audito in quantum

1670. procuratore fisci, nisi obstare quominus prædictus le Fort referatur in album
Nat picardiæ, attenta quoq; Deputatorum vtriusq; Nationis consentione
aut quasi conventione, auditis proterea ornatissimis procuratoribus Normaniæ
et Germaniæ, de eorum consilio, suffragijs et sententia D. Rector prædictum
le Fort Nationi picardicæ adscripsit: habita vero aliquatenus ratione
modici redditus prout expositum est, Nuncupatum picardicorum, per Gymna-
siarchas et Regentes Gallicanos summam centum quinquaginta librarum
adiscendam videri pronunciauit illi summæ quam ex amica transactione
pendunc picardis. Atque vt omnis occasio iurgiorum eiusmodi deinceps
tollatur, edixit ne amba Nationes intra Calendas Januarias anni proximè
futuri de finibus seu ex compacto conueniant, seu alio quouis modo
Controuersiam terminari curent.

Die 27. eiusdem mensis habita sunt de more apud Natiurinenses Censoria
Comitia; in quibus facta supplicandi potestate M. Eduardus Omoloy
Hibernus supplicauit autoritate facultatis Actum ineundi Constantissimæ
Nationis procuratori vt sibi denegatum saltem conclusionem in ea
Natione factam die 18. Augusti proximè elapsi, qua dixit se omni iure
expediat
ordonatum fuisse et restitutum in integrum etiam quoad sumptionem pilei
Magistralis quem testibus fide dignis probabat ante plures annos fuisse
sibi a defuncto M. Rogerio Omoloy tunc dicano patruelio impositum.
Auditus vicò M. Andreas Ropley prædicto Nationis procurator negauit
conclusum quidquam a sua Natione fuisse eo die aliud quam quod ab
Ampl. D. Rectore promonitum fuerat, aut quam decretum est ab Actuario
facultate. Negauit quoque M. Michael Thorus olim professor apud Grassinæos
factam vllam mentionem in ipsa natione. Iori pristini aut pilei ante-impositi
ipsi Eduardo: quinimo contrarium omnino conclusum, Incalescente vicò altera-
tione inter Hibernos M. petrus de Lengle Syndicus exposuit controuersiam
istam nullius esse momenti, cui enim solum petere prædictum M. Eduardum
Omoloy vt sibi ab ornatiss. procuratore conclusio Constantissimæ Nationis
expediatur, qualiscunq; illa sit, id vero non posse ei legitimè denegari. dimissis
ergo Nationibus et ad vocandos Censores et ad deliberandum super isto negotio,
sic retulerunt ornatissimi procuratores. Gallus quidem nominatum in sua Natione
M. Ioannem Boye Gymnasiarcham Artistarum Nauarricorum, virum graues
moribus et exacta disciplina conspicuum; contrarium Hibernorum ad tribunal
Rectorium remissum vt ex Actis liqueret vtrum toties ambigentibus factorum
an iuris satisfactum fuerit facultati Actuum. picardus, Censorem creatum M. Fran-
le Maire Rectorem Bellouacum, conclusionem quam petit prædictus

Oratores expediendum a procuratore constantissimæ Nationis tradendamq; intra octo dies, sin minus, restituendum omnino ipsum in pristinum locum. Normannus Censorem factum cl. Io. le Francois Rhetorem Harcurianum, M. Omolog omni iure relonatum. Germanus Censorem dictum cl. Numan, M. vero Omolog, iure quod postulat, omnino depulsum. Quibus auditis conclusionibus plane diversis cl. mpl. D. Rector explicato controversiæ nodo et quod varii seniorum et juniorum interest, conclusionem petitam supplici expediendam, quoad ejus vero, illam se et alios auditis paratis partibus cum ornat. procuratoribus decisurum pronunciavit, admissis ad sacramentum solitum novis Censoribus Nationes dimisit.

Die 8. Novemb. habitis in Gymnasio Ordinariis Deputatorum visitatis Comitijs, quibus omnes Decani præter Secretarium, item omnes procuratores et officiarij interfuerunt, 1. Supplicatum pro litteris Nominatis M.r Nicolaus Collin Clericus Ambianus, Lud. Vaillant Novimensis Baccalaureus Theologus, Jordanis Marcus Forestier Atrebatensis petratoriensis, Petrus de l'Espole Baccal. Theol. 2. actum de errore qui irrepsit in rationarium die 6. octob. proxime elapsi redditum a D. Carole Quæstore Senatui publici ob non acceptatam ab eo summam qua ad componendam omnem discordiam illi attributa fuerat ut ultimo impensa communis contento in Rationario reddito 9. Oct. 1664. Super qua re toties in deliberationem revocata postquam maturo dicta sunt sententia, ita tandem unanimiter conclusum, ne prædictus Quæstor intra mensem summam illam quæ est mille sexaginta octo librarum cum quinque assibus et octo denarijs acceptet, omnino removetur, nec ei quidquam deinceps attribuatur. Cum vero si acceptaverit, plurimi errorem prædictum corrigi et loco summæ mille centum sexaginta duarum librarum cum octo assibus et quatuor denarijs quam de fine Rationarij ab ipso deberi computum fuerat, reponi summam tantum nonaginta quatuor librarum cum duobus assibus et octo denarijs, quæ in ipsius Quæstoris manibus relicta sit. Quæ unanimis conclusio ipsi D. Carolo abs. cl.mpl. D. Rectore significata est et exposita. Ille vero, ne litem velle videatur intentare animositati, dixit se summam prædictam mille sexaginta octo lib. cum quinq; assibus et octo denarijs ultro acceptare sese conclusioni Rationarij an. 1664. redditi primo quoq; die subscripturum.

1670 Die 15. eiusdem mensis habita fuit in Graffiniano Comitia Deputatorum procerum facultatis Artium quibus cum Amplo. D. Rectore interfuerunt Ornatissimi procuratores quatuor Nationum, Syndicus et Scriba Supplex 2. art. p[ro]ius fuit de libello suppletorio peracto ab aliquot Doctoribus Hibernis petentibus admitti se ad sportulas distribui solitas in Missis Nationis Germanicæ, quemadmodum alij Doctores admitti solent ad distributiones quæ fiunt in missis aliarum Nationum: a quibus se pro nonnullos facultatis Artium Magistros privatos se fuisse durebant et acte privari contra omnem juris rationem, statuta et morem vniuersitatis, immo contra laudabilem et longævam prædictæ Nationis Germanicæ et aliarum Nationum consuetudinem. Supplex quibus interrogatus ex. Jo. Mar Sleyne nouissime Doctorali Laurea in Theologia donatus vnus e Supplicibus fassus est se nec statuta habere nec unde probet consuetudinem propterea quod prædictæ Nationis Commentaria a ex. Jo. Mibrio Gymnasiarcha Marcianæ detinentur. Interrogatus quoq; professus M[agister] Mibrier dixit se nulla detinere Commentaria, nulla autem talia extare statuta, consuetudines quoq; nullas esse tales in sua Natione, nec a 28. circiter annis ex quo in ea militat, vllum se vidisse Doctorem vllis distributionis consortem, nec audiuisse aliquando fuisse ad sportulas missarum admissos. Quibus auditis, audito quoque procuratore fisci, vnanimi DD. procuratorum sententia admissi sunt Supplices ad faciendam fidem actis publicis et statutis. Salua interim quo nunc est consuetudine: eapropter ab Amplo. D. Rectore conclusum extitit. Actum Cæpit deliberationis fuit de petito similiter a DD. Promissore et Gymnasiarcha Parisiensis libello contra M. Jo. le Francois in eodem Collegio Rhetorices professorem multis nominibus reum in ipso libello contentis, petentibus insuper actum sibi dari Missionis a Classe quam prædictus le Francois odisse dicuntur et odisse in proxima Remigialia, nec vllam ignorationis causam pretexere posse. Supra quis auditis diuersis Gymnasiarcha et M. le Francois, Rhetor. ille quidem in iis præsertim quæ libello continentur; hic duo dixit, vnum petere se ab Amplo. D. Rectore et Ornatissimis procuratoribus in rem istam eo modo, more definiant, quo solent controuersiæ similes inter Gymnasiarchas et professores ordo dijudicari: alterum, falsa esse omnia capita quæ in prædicto libello continentur, actumq; similiter petijt. Quibus auditis, audito quoq; procuratore fisci planè vnanimiter vtriq; parti actum dari quem postulant; insuper vero prædictum Gymnasiarcham admitti ad probandum argumentis et testibus ea quæ in libello suo continentur. Et ita a D. Rectore conclusum fuit.

Die 22. Nouemb. habitis Deputatorum Vniuersitatis Comitijs extraordinarijs duo fuerunt ab Inspe
D. Rectore proposita. primum fuit de lite Collegij Tornacensis quam adsc Rex eiusdem
alterum de lite Harcuriana interuolente inter Gymnasiarchan & M. Joan. le Francois
in eodem collegio Rhetorices professorem. Quoad primum placuit Regi parere et debitae
causam Vniuersitatis tueri quae in eo consistit vt praedictum Collegium sibi vindicetur
& asseratur, quod D. Tornacensis Epus contendit Domus esse duntaxat Episcopalis
non Collegium. isti rei promouendae delecti et deputati DD. Halley et DuBoulay
Scribae Vniuersitatis. Quoad alterum, expetijt D. Rector sibi iuxta petitum sibi
libellum supplicem et Ornatissimis Procuratoribus actum dedisse partibusque
petebant, rem vero si vltroneis illi praequantur, cum omnibus Vniuersitatis
Deputatis iudicaturum.

Die 29. Nouemb. M. Franciscus Le Sauuage Hon. Nat. Gall procurator
Nuncium Ordinarium ferij Joannem Boudaud distum de Prenefole, Vrbium
istarum de Rotomago, Perigueux, Mommorillon, Bluet en Berry & Sarlat.
iuxta Contractum initum die 17. Aug. 1570. apud Ituarij & Sorinij Notarios
Regios.

Die 6. Decembr. habitis Deputatorum Vniuersitatis Comitijs ordinarijs quibus
cum D. Rectore interfuerunt omnes Decani, omnes Procuratores & Scribae,
actum est de Rixae Capitibus. 1. de Codice Consulari & notorijs Instrumentis
quae penes sunae Procuratorem Graecij Regij. placuit eum adiri & pro D. Darole
Procuratore Vniuersitatis in Curia Paris. de repetendis recipiendis vt iuxta Supplicum
Conclusiones confiniatur Codex Consularis reponendus in Cartophylacio publico
Contractusque duplicentur et vna omnium pars similiter in Tabulario recondatur.
Nominati qui eam rem procurent DD. Halley & DuBoulay.
2. placuit pro eodem Deputatos adiri D. Darole vbi nam Rationes quas an. 1566.
reddidit Graecij Academiae, praesertim vbi ipsarum finem et conclusionem
prout iubet, subsignare; ne toties in quaestionem redeat, quod ipse Darole grauatim.
3. de re Tornacensi ita decretum, vt quoquomodo ius Vniuersitatis asseratur.
quam in rem vt incumbant, rogati sunt ij dem Deputati.
4. placuit quoque Conclusiones in singulis Comitijs factas relegi et a D.
Rectore tessera Chirographa notari.
5. Supplicarum pro litteris Nominandis CCCL. Simeon de Grange Rotomagus,
Jo. Baptista Lanelier Ebroicus Rotomagus, Michael Landreau Clericus Laudunensis
cuiusque causam Comitijs probatis & admissi sunt.
6. retulit D. Rector sibi traditum Supplicem libellum Regi offerendum pro
recuperatione partis Prati Clericorum; qui libellus lectus et placuit Regem
adiri a D. Rectore & Deputatis Vniuersitatis, prius vero consuli viros peritos &
de eorum consilio agi, ne quid in progressu petere Vniuersitas,

1675 Die 10. Decemb. examinat. fuit D. Rector Dionysium Cassey Gallum, parisinum examinatum et inventum satis congrue Latine et Graece scire et possit artes typographicum exhibere et testimoniales cum ejus litteras primo scribam expedire curavit cum sigillo Rectoriae muniri.

Die 15. decemb. habita fuit comitia supplicatoria pro more apud Mathurinenses; postquam vero in angulo peristylii, qui locus est Nationis Germanicae, consessum est veratique sunt supplices, supplicarunt pro litteris Nominationis Mich. Nicolaus Billet parisinus Baccal. Theologus sexennio munitus, Claudius Blouin parisinus, Guill. Bourret parisinus, Petrus de Lanoys paris. Baccal. Theol. Deinde habita ab Exmpl. D. Rectore brevi oratione de dignitate et necessitate humaniorum litterarum, processum est ad Aedem Sacram Matrem Augustinensium, ubi D. Morel Theologiae Decanus sacris operatus est, et D. de Lintemille concionatus.

Die 16. eiusdem mensis habitis apud Mathurinenses comitiis Rectoriis electi Quadrumviri Nationis Gall. M. Petrus Egasse Du Boulay, M. Franciscus le Maire Nat. Picardus, M. Franciscus le Barbier Nat. Normanus confirmati sunt, et Natio Germanica referente suo procuratore M. Andreas Reply sunt intrantes renuntiavit quod munus sibi deberi dixit M. Eduardus Ogilby iure antiquitatis, reluctantibus vero cunctis et dicentibus hominem expulsum esse nec unquam restitutum in integrum nec unquam pleno donatum; providit ut nullum habere nec suffragium actumque an Gallicum, duae Nationis Picardia et Normanica eundem Ogilby voluerunt esse intrantes cum an integrum restitutum. Gallicana, quoad discussionem Juris remissi ad Tribunal Rectorium, interim vero M. Reply confirmandus. Germanica eundem Ogilby bis tergiversari. D. Rector admonuit cumprimis de ejus Ogilby statutum nec de eo se quidquam proposisse ad deliberandum. Hinc verificato exorta quanta nunquam alias, volentibus Normanis et Picardis ejusdem intrantem et admitti ad sacramentum; reluctantibus aliis duabus Nationibus pro suos procuratores. Et in diu turbis tres sorte et amplius transactae. admissi tandem praestitorum sacramentum quatuor confirmati; sed ubi constare subsandum fuit, nolentibus Picardis et Normanis subire, nisi similiter subiret Eduardus. Deinde Picardi intrantes mutarunt, loco M. Francisci le Maire substituendo M. Cugnet, sed nec ille juratus voluit ingredi, nisi quemque intrantes ingredebantur. tandem adjungebantur die Exmpl. D. Rector pro Notarius Regius cessit Picardum et Normanus ingredi sublato Ogilby, nec quidquam curavit postremo M. Nicolaus Margnerie Picardus procurator pro iure suo provocato sacramento cum intrantibus Gallis et Germanis constitutum regarunt esse illis in tam difficili negotio omnibus statu concludendum et in eundem Exmpl. D. Rectorem ubi impetretur festus Rectoris sibi provideri,

† frustra rogato praedicto Cugnet Constans subire, ipse pro —

[illegible] turbarum discussa fuisset. Statim pro[illegible] tenuerunt franchesiam renunciarunt. predicto
vero M. Joan. Cugnet e Sacello Matutinensium cum predicto le Barbier et omnibus
cæteris nominatum et electum ch. franciscum le Mauchin Rectorem.
Jussit autem a D. Rectore Nationibus ad sedes solitas sedere et de ipsa
electionibus deliberare, francia, picardia et Germania convocatorum
retulerunt gratum ipsis esse prorogationem Rectoratus donec Curia mal-
tum importuno pro sua pristina remedium opportunius attulerit.
Normania vero procurator retulit M. franciscum le Mauchin Rectorem
confirmatum. Super his autem D. Rector dixit opere ad modum sese
se quod a pluralitate Nationum concludere negatur, attento tamen
rerum statu et urgente negotio nocturno conclusi et Nationes dimisit.

Preterea in istarum confusionem quidam Juvenis Baccalaureus Parisiensis nomine Vougny
questus est, quod cum matutinis foris ad Nationem Gallicanam in Capitulo Matuti-
nensium congregatam supplex accessisset pro Regentia in Scholis, repulsam passus
fuisset ratione quo fundamento etatis desiderata 30. annorum ad consecutionem
Baccalaureatus, petiitque sibi ius dici. Cui dec. ac Ornatissimus Gallicæ
procurator sic retulit Nationem suam in matutinis a festo comitis eundem
supplicem rejecisse et rejicere juxta statuta Regia et sua quod etatis is non habet
annum trigesimum nondum attigerit. Cæteræ Nationes nisi ex dictis retulerunt,
nisi hoc solum, videlicet predictum Vougny admittendum cum regere inciperet. Missi
vero conclusi etiam. D. Rector ob confusionem.

Ch. Jasse Amboise

167

Le Maire Rector.

Conclusiones Vniuersi Studij parisiensis an. Dñi 1671.

Die 10. Jan. an. 1671. habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Vniuersitatis parisiensis, quibus cum M. francisco le Maire Rectore eadem die per curiam declarato apud Prellæo-Bellouacum inter suburb. DD. Berani et Procuratores singuli, 1. supplicauit pro litteris Nominationis Lud. Camusat clericus Trecassinus Magr. in Artibus.

2. injunctum M. samueli Darole Procuratori et Questori Academiæ Codicem censualem prati Clericorum et cætera Instrumenta recipere quamprimum et ab eis moram procuratore ærarij Regij, ne quo alias deliberata et conclusa sunt, executioni demandentur.

2. eidem Darole injunctum subsignare Rationes ab ipso redditas die 9. octob. 1668. prout ante promiserat se subsignaturum. Negauit verbo ille se id facturum vnquam quod tantopere sibi damnosum foret, et contra ne quo in suis litteris se vouerat, provisionalibus continentur. Qua de re vt conclusum, placere vt in præsentiarum ipse Darole pareat, ni pareat, obrogata ei summa mille libellarum, quo fruebat illi gratis attributa, ne habetur in fine Rationum eiusdem diei 9 anni. Vt vero tollatur omnis deinceps ostensio iuris, placuit pecunias summas, quas deinceps ex prato Censuali recipi contingat, in ærario Academiæ reponi, aut in emptionem prediorum vel in redemptionem contracti fœneris insumi.

3. Quoad negotium prati Clericorum pro quo placuerat adiri Regem ejus libellum supplicem offerri, dixit ipse d. Darole, m. d'Albertas libellorum supplicium magistrum remissum vt suum prosequatur. Itaque visum est supersedendum esse, donec cum ipso d. Dalbertus totius negotium collatum et discussum fuerit.

4. de pecunia ab Administratoribus Negotiorum promissa conclusum est, expectandum, donec ipsi emptæ domus in prato Censuali quietam possessionem adepti fuerint.

5. injunctum ipsi d. Darole ut Senatusconsultum iam pridem de jure patronatus Academiæ latum pro Curia S. Cosmæ expediri procuret cum rationibus ponderibus quibus ad rem ipsam adstruendam stabiliendamque sum patroni.

6. de negotio d. Coiffier, placuit stari deliberationi DD. Lambin et Marestaux facta 30. decemb. 1670.

7. placuit examinari capita contenta in libello porrecto a D. Pisauet Accensæ parlamentaco, ostinariq; operas in collegiorum lustratione positas, uncta sch. q. hist. an. 1661.

Die 28. Jan. Ornatissimi procuratores Galliæ, Picardiæ et Germaniæ missi Scribæ consignandum tradiderunt Actum per Virginibum Lasselet signatum in forma subscripta. Francisco le Maire agenti Rectoris.

A la requeste des procureurs des Nations de France, picardie et allemagne fondez en l'université de paris soit signifié et declaré a M. francois le maire faisant la charge de Recteur de lad. université que pour le bien de la paix et eviter a procez et contestations lesd. procureurs tant pour eux que pour leurs nations consentent et accordent qu'ils approuuent la maniere de l'élection faite de sa personne qu'elle puisse estre tirée a consequence ny prejudice a l'aduenir, il fait les fonctions de lad. charge de Recteur pendant le temps porté par les statuts, et confirmement a iceux, dont ils ont requis le present Acte et ont elu leur domicile au College de Narbonne demeure de M. francois Sauuage principal dud. College et p. de lad. Nation de franc. et ont signé Sauuage pour de la Nation de france, Marguerye p. de la Nation de picardie, Mercier p. de la Nation d'Allemagne, et plusieurs. fait et signifié l'acte cy dessus aud. M. le Maire en son domicile au college de Lauon parlant a sa personne a ce qu'il n'en ignore par moy Gabriel portier Sergent d'vrege' au Chastelet de paris demt. place Maubert soussigné le 28. 9bre Jan. 1671. et laissé copie desd. portiers / Controllé le 29. Jan. 1671. au 280. fol. du Regt. a paris / Henry

Die 1. feb. delatum fuit de more ab Academia Curiæ ad Illm. Franciæ Cancellarium, a quo benigne excepta est, et ad principem senatus parisiensis subprocuratorem vespertinam, quia matutinis non adest parisiis.

Die 2. quæ purificationis est, itum ad Regem, ad Reginam, ad Delphinum et Ducem Aurelianensem, itemq; ad Ducem Aluertinum, et Regis fratres, quibus pro more oblati Curiæ.

Die 3. eiusdem mensis D. Rector, Decani et procuratores qui a sanctis sorbonicis ante quatuor dies initiati fuerant sorbonam admissi professionem eiusdem confirmarunt. id hoc ordine peractum. D. Rector veste violacea et epomide indutus cum cingulo et marsupio eiusdem coloris comitatus superiorum facultatum Decanis tribus et Nationibus quatuor procuratoribus, item

1671

& Officiarijs tribus, Syndico, Scriba & Quæstore Oratorij et Academiæ ex aula
quæ ingredientibus alcoua est, procuntibus et apparitoribus a Sorbonicis privilegijs
deductus est in etulam maiorem ubi solent actus solennes & Comitia facultatis
Theologicæ celebrari. Ubi sunt quatuor Ordines scamnorum elegantes dispositi, et
unus superior, alter ei respondens inferior, & duo collaterales; post quos &
alia item plurima scamna & sedilia; in quibus sedebant Doctores Sorbonici,
Baccalaurei Sorij, & alij plurimi qui ad rei celebritatem conuenerant. Sedet
autem D. Rector in scamno superiore medius inter a dextra Cancellarium
Ecclesiæ parisiensis, Decanum facultatis Medicinæ, procuratores Gallicanæ
& Normanicæ Nationum, a sinistra Decanum Theologiæ alium pro Decano
agentem, Decanum salubriorum facultatis Medicinæ, & procuratores picardiæ
& Germanicæ Nationum, post quos Officiarij sedebamus, Syndicus a dextra
post procuratores Normaniæ, Ego Scriba & Quæstor aloua post procuratores
Germaniæ. Tum facto silentio M. Guill. Lestorgius Doctor et Socius Sorbonicus
nec non professor Theologus senioris vices supplens cui assidebat, salutato
frequentissimo conuentu ornatis et his verbis, Rector amplissime, proceres
Ecclesiæ et Academiæ celeberrimi. Quo verba interrupit meritissimus
Cancellarius aegre id tulerunt parisiensi et sibi injuriam fieri debuisse
se prius loco appellari. repetijs Euomiastes eadem verba, Rector amplissime
proceres Ecclesiæ et Academiæ, eadem similiter interrupta: id factum
pluries, tandem Cancellarius postulauit suam istam interruptionem etatis assignari
ne quod contra factum esset iuri suo noceat. Ergo ornatus est Euomiastes et elegantis
prolixaq; oratione Hardwini peroffixi et Parisij ultimi provisoris
laudes prosequutus est, is fato functus nuper funestis Kalendis Januarijs summo dolore
Sorbonicæ domus; fusius vero exornauit in electi francisci Harlæi ex etate pro
Rotomagensi a Rege Christianissimo facti et relicta Parisiensis laudes,
Doctrinam ingentem, ingentia merita; Harlæorum gentem non vulgaribus
encomijs tuga multaq; illustrem extulit; postremo supplicans haberi ratam
gratamq; tanti viri in Sorbonicæ domus provisorem factam electionem,
Excipit Rector, excipit Cancellarius, alter alterum direntem interrupit. Rector alta
et clara voce dum aggreditur defuncti et electi provisoris merita complecti,
a Cancellario interturbatur fronte subsilari et lacrimoso vocis arcuatu et
modulo postulante legi Bullam pontificiam de provisoris electione facta
etatem assignatam. Nemo postulanti suffragatur, nemo diere aggredi
entem ferre potuit, explodituer, per clamore deridet. Syndicus suo et
viri dignitatis nomine Cancellarium nouitatis arguit; Sorbonici omnes homines
explodunt, execrationem consuetudini insistendum clamant, nectamen ille vinci se patitur

Audierat ista Irena Hilariorum diei Jovis rogitata consecutus risum provinat, sed
dolorem simul indignationemq; in animis excitat. Rogat Rector Cantellarium sententiam
dicere, rogat Cantellarius Rectorem sententiæ suam. dicuntur sententiæ a Decano et
procuratoribus ægre; ab omnibus cum fari præfationem consueta, et ampl. D. Rector
procerit Ecclesiæ et academiæ; qua formula subrisus visus D. le Maistre in oratione
simili. dictis tandem sententiis D. Rector ita concluxit. Itaque sapientissimi
Decani, procuratores ornatissimi, quandoquidem meritissimus Ecclesiæ paris. Cantellarius
sententiam rogatus, dicere recusavit, gratam habetis electionem a patribus
Sorbonicis factam, viri tam egregium provisorem gratulamini, et ita vobiscum
concludo. quo postrema verba prædictus Cantellarius velut Ergo repercussit.
Et ita discessum

Die veneris 6. hora 10. matutina invitata est universitas ad exequias defuncti
Ecclesiæ parisiensis Harduini perfixii de Beaumont apud Basilicam S. Virginis
celebrandas. invitata inquam, a Nepotibus, affinibus et Domesticis defuncti
cum prioribus juratis tintinnabula pulsantibus. quo more invitatur lectissi-
Regis. prætor morem vero non invitatus Cæremoniarum præfectus; cujus rei
haud scio an ullum exemplum aliud in annalibus academicis. Excepti sunt
illi invitatores in sacello prælati, ambagi fecit ad D. Rectorem a ad
priores Abbas de la Roquette defuncti ex sorore nepos, et Franciscanorum
parisiensis. le page prior Regius juratus horam et locum significavit.

Die 7. feb. habitis Deputatorum Universitatis Comitiis ordinariis hora 9.
matutina in scholis saluberrimæ facultatis Medicinæ, ubi cum Ampl.
D. Rectore interfuerunt omnes et singuli facultatum Supr. Decani
et procuratores Nationum, processuri inde juxta hesternam invitationem
ad sacrum exequiale pro Harduino perfixio Archiepo pariss.
Regis Christianissimi quondam præceptore, nuper defuncto apud
Basilicam parisiensem celebrandum, invita deliberatione de negotiis
Academicis quæ magis urgere videbantur, et unanimi omnium sententia
injunctum est M. Samueli Darolle Quæstori omnia accipere primo quoque die
prout aliis conclusum fuit pro jure clientelari et indemnitatis ob eversum
fundum in prato Clericorum extructum, et in eo domos dictas a D. du Bois
Archiepiscopo. atque ex ea summa quinque et decem mille librarum platani
solvi priorius tredecim millia et intentas libertas ad redemptionem summæ
et pensionis honestissimæ Matronæ de Fauconville debitæ juxta contractum

1671

ab vniuersitate cum ea factum: reliquas vero septingentas libellas in erario Academiæ reponi ex Collectione diei 10. Jan. proximè elapsi. Injunctum præterea eidem Dacolet vt ad cautionem Summæ prædicto quatuor denariorum millenariorum ab ipsis Administratoribus acceptæ protinusq; solutæ Nobilis Matronæ de Faubolet curet ab Actuariis Regijs instrumentum apponi et solutionis confici nomine vniuersitatis. Cui negotio promouendo et confiendo rogatus est interesse et præesse Mr. Joan. Morin. Gymnasiarcha Marcianus eidemq; Nationis Germanicæ procurator. actaq; ad. Rectore vnanimiter fuit.

2. Supplicarunt pro litteris Nominationis Mr. Joannes Marcadel Clericus vnionen. dioc. Ebroicen. Josephus Hagot Clericus Ebroicensis et admissi sunt. petrus Jouye des Roses Clericus Andegaven. Nicol. Gobert Clericus Ambian. Anton. Laubier Ambian.

His actis processum est in Reipara Basilicam et consessum in dextro latere Cleri inter Canonicos et Curiam parlamentearam. ibi omnia vrbis Corpora interfuerunt, quæ solenne funeribus Regijs interesse: nemo tamen a Rege sedes singulis assignauit, nemo corpora excepit et deduxit. inde discessum paulatim viriliter ad pomeridianam.

Die 9. eiusdem mensis Mr. franciscus Sauuage honorandæ Nationis Gallicanæ procurator contulit officium pauci Nouiij des Sablons d'Olone Jacobo Jouffemet pro obitum Cyriacus patris. Contractu inito apud Henry die 9. Feb. an. 1671.

Die 14 eiusdem mensis habita sunt comitia Deputatorum vniuersitatis in parlamento Bellouaco ad expediendam plurima negotia quæ propter temporis angustias die 9. in Scholis Medicinæ expediri non potuerant. Et ergo auditi supplices pro litteris Nominationis Mr. Joan. Groüillet Clericus Cenomanensis, Nicol. le Maire Clericus parisien. Joan. Lucas Clericus Ebroicen. Gabriel Jacobus Chemy Ambian. franciscus Guignard Aurelian. Bacc. Theol. Hagot.

Q. actum de negotio D. Priault Ebroensi parlamentari, et conclusum eidem præsolvendas sexaginta sex libellas pro significationibus Senatusconsulti et Lustratione Collegiorum prout Curia iusserat. Quoad salarium vero quod postulat ob præstitam operam iussu D. Talon Aduocati Generalis prout in Exscripto Lustrationis Collegiorum continetur, placuit pro DD. Syndicum de Lingle et Mercier Germanicæ Nat procuratorem adiri prædictum D. Talon veritatem edoceri, an scilicet id mandante prænominato Priault exactus fuerit quæ se exactum scribit. placuit quoq; ipsum Priault ea de re admoneri vt simul cum Deputatis ad eundem adeat D. Talon.

3. actum de conservando privilegio Officiariorum Universitatis violato nuper
sententia D. de la Reynie policiæ Judicis quâ magnum Rectorem Lutetianarum & Curatorem seu Commissarium constituit. placuit orbo prius quam
lis suscipiatur, consuli patronos Academiæ & ex consilio remitti.

4 lectus est libellus supplex M. Nicol. Philbert Baccalaurei Theol. & Facultatis professoris in monte acuto alentis se, cum nuperis Gallicano Nationis Comitiis postulasset
in numerum suorum adscribi quo modo frater adscriptus fuisset, remissum ad Nationem
Germanicam ut pote intra cuius fines oriundum; porro nec a Germanica receptum;
providere supplicantis alterutram Nationem sibi assignari. postquam autem in eam
audita est M. Joan. Aubrier Germanicæ Nationis procurator & Decanus,
exposuit, negotium istud pendere ex tribus capitibus, nempe ex litteris Baptismi
limitum recognitione & transactione inter Germanos & Gallos, item inito apud
Germanos a piratis facta an. 1558. nominati sunt unanimiter DD. Syndici
& procurator Picardiæ Nationis, qui limites transactione præscriptos
recognoscerent, usque recognitis ad Universitatem referant.

5. quæsti sunt & attributum sibi denegari tres dies ellas singulis præterea
socius in Missis solennibus quæ pro defunctis Regibus, Reginis, aliisque
Magnatibus celebrantur & ad quas vocatur Universitas. placuit servari
consuetudinem datæque consuli atque ex ijs providere quod præterea conveniet.

6. petijt D. Rector, an juxta id quod alias ab Universitate sanctum est inquiri
placuit in autorem famosi libelli sparsi nuper [illegible] post amissum
litis pruinensis contra honorem Magistratibus debitum. Et eam in rem postulavit
sententias DD. Deputati, imprimis dolendum esse in vulgus famosum eiusmodi
libellum non modo Magistratibus sed ipsi quoque Universitati injuriosum, illumque
& autorem quisquis ille sit, veluti hominem male feriatum damnarunt. sunt & jam
ante duplici conclusione Rectoribus M.M. Lair & de Ronzé improbatum
quosdam alios Libellos, quos factum erant, inconsulta Universitate conscriptos &
emissos. Deinde censuerunt adeundos esse Magistratus ipsos, ijsque fidem quanta fieri
potuit sinceritate faciendam. vix velum Academiorum, certe neminem exijs qui ad
Consilia Universitatis vocantur, venire posse in suspitionem tam indigni facinoris.
Interim rogandos omnes Academicos, quemadmodum & jam ante D. de Ronzé exoratus
Sententiatis Comitijs apud Magnum, sibi rogatum meminerint fidei prudentiæ & gravitatis
publicæ, atque pro posse autorem investigent. postremo ut magis inviderit certior via
proponatur, id negotij Syndico Universitatis demandarunt, inquirat ipse & inquirendam
curet obtentis & publicatis Monitoriis, si tamen id prius offensis Magistratibus non
displiceret cui visum fuerit. Ita a D. Rectore consultus.

1671 f

Die 16. eiusdem mensis et anni petrus Hugon Muratensis et Cluis praesbyter receptus est a Natione picardica in scholis suis in Magnum Nivernensis Civitatis Diocesis et Episcopatus Bolonensis ad mare pro obitum Joan. Gaillard ultimi Nivernensis eiusdem diocesis, [illegible] Mag. Scriba praesente adductis testibus religionis et fidei coram pletibus ipsi Nationi et M. Nicolao Margueric procuratori iuramentum solitum praestitit

Die 25. aprilis est pro mane Rotulus Nominandorum apud Matturinenses supplicavit pro litteris Nominationis M. Carolus de Quincarnon Britannus quo admisso discessum est. in eisdem Comitijs retuli ego Scriba exigentibus a scriptum Magistris contra scriptores et academiam, opusque pretium esse patronum deligere et factum conscribere quo iuxta academiae planius innotescat. idque negotij mihi demandatum, utque factum cum D. Rectore et D. Deley Doctore consultissimo facultatis et decani vices obeunte communicem.

Die 7. Martij habitus est in praelocu Bellovaco Comitia ordinaria Deputatorum Vniuersitatis quibus cum D. Rectore interfuimus omnes decani, procuratores et officiarij. excepto Quaestore decani ob affectum valetudinem. in ipsis autem actum est de pluribus negotijs. Et 1. de supplicatum pro litteris Nominationis Mch. franciscus de Fossa Cambrensis. Bacal. Theol. Richardus de Forreville Clericus Cambrensis, Nicolaus Chandiere parisinus Doctor Theologus, Simon Castelet parisinus in Theol. Bacal. franciscus Bazire plebis Constantiensis, et Marinus Morin Diaconus dio Rothomag. petrus Gaberel Helueticus Clericus dio. basilensis, Athanasius Henry plebis Cornubiensis, Jacobus de Milon Cenomanensis, et Michael Barrier primarius dio Senon. Theol. Bacal. Clericus paris. petrus Camuset parisinus Doctor Theol. Germanus Renard Clericus [illegible]dorensis, franciscus Henry plebis Carnotensis, qui omnes admissi sunt.

2. actum de executione sententiae a proprietore Castelleti latae die 27. Feb. proxime elapsi de quadam portione fundi clientelaris Clericorum, quam in rem consultus D. Marchisianus patronus existimavit nominandum ab vniuersitate eruditum virum qui lorum lustret. enatus est autem D. Mercier hymnographus Cluniacensis in eam rem incumbere. et virum aliquem puritate ipsemet deligere, quo cum eo se conferens.

3. retulit idem D. Mercier nobilem matronam de Fauroles accepisse summam pecuniae sibi ab vniuersitate debitam, idque iam liberum esse a pensione annua Academiae

4. accessit quidam Baccalaureus Theologus supplicavitque admitti in gremium nationis Gallicanae non obstante repulsa quam ab ipsa tulerat.

Sed quia Ornatissimus procurator prædicta Oratioñi huic Comitijs non aderat, cui
deis data fuerat, idcirco placuit tantum Supplici Actum dari aditi vadimonij.
7. retulit Syndicus admissos a se Magistratus quos famosi libelli editio impru-
dens offenderat, atq; ab iis intellexisse, non placere sibi rem illam urgeri, sciri tamen
a nobis iis esse nomina eorum qui libelli auctores & disseminatores fuerunt,
fuisseque quatuor omnino unius cuiusdam Coadjutores. Ita ergo constitutum, ut iidem
Magistratus adeantur iterum rogenturq; viros illos male fabricatos nominibus propris
designare, ne admoniti aut se se purgent aut debitas pœnas luant.
6. retulit D. Rector proposuisse quibusdam † cuiusdam domos vacuales in fundo
Orientali gratis sexaginta mille libellarum, offerriq; ab iis pro iure Academiæ
quod Laudimium aiunt, mille libellas. placuit ab eis exigi mille quingentas
Ner ea summa minus.
7. eodem D. Rectore referente postulavit D. de Brela parochus S. Andreæ sibi
ab Universitate dari adjunctionem ad causam quam intentavit, ne Collegium 4
Nationum rectæ conditum parochiæ suæ noceat. Sed nihil in hac re constitutum
8. de re pergamenaria, cum res ea valde imminuta esset placuit consules patronos
super modis iuris illius instaurandi.
9. placuit typis mandari duplex factum de Scriptoribus Academiæ,
quo officia duo Scriptorum Universitati vindicentur; quorum fuctorum, unum
continens Acta & instrumenta ad institutionem pertinentia; alterum brevius
nomenclaturam Scriptorum ab Universitate instituendorum, ad fidem jurandam
quidibus Juris & professionis Academiæ. in eam vero rem sumptus ex ærario
publico suppeditari.
10. placuit quoq; refundi Scribæ impensam ab eo pertinentem ad Instrumentum
pro lite Collegii Tornacensis comparationem & confectionem
11. placuit quoque injungi Quæstori Academiæ ne proximis Comitijs rationes 9. octob.
1668. subsignet, ab eoque Scriba accipiatur acta eligendi horum Comitiorum
Item ne duplicem edictum Consulem, duplaq; quoq; Contractuum & Instrumentorum
quo pene ipsi usum, quamprimum conficiat. atq; ita constitutum.

Die eb. eiusdem mensis habita sunt Comitia supplicatoria pro more
singulorum anni trimestrium. quæ antequam vivæ supplicatum iretur, fabri templi
D. Rector Comitia proclamare facultatis Artium pro more circiter octava matutina
prætulit consuetudinem ad deliberandum de gratia quadam seu dispensatione
quam sibi concedi postulabat Illustrissimus Abbas Estrœus, ea quod in schola
Regia cum Serenissimo Delphino Galliarum primogenito studijs litterarum
vacaret, minus assidue frequentare potuisset scholas, Academicas, ambussa-
re scriptis Lectiones excipere professoris. data vice oratione supplices alij
duo accessum unus Cadomensis renovationem fœderis cum Universitate
parisiensi obtinduri alter tribunus nempe M. Eduardus Omeley ?

1671

honorariam Sportulas in Natione Germanica sibi deneri postulans. De quibus supplicationibus Ornatiss.mi procuratores suarum Nationum consulta retulerunt in hunc modum. primas quidem unanimi consensione omnes admittendum, adjecta tamen cautione, ne præjudicio sit ei injuriæ Dn. procuratoris, quod Gallicus. D. De Montausier Serenissimi Delphini Gubernator Istruo gratias ingressus postulans litteras inscriptiones Amplis. D. Rectori et facultati artium, quas inscribi debuissent D. Rectori, Ornatissimis procuratoribus a artium facultate. Altera supplicationem de renouatione fœderis inter Cadomenses parisienses Academias ad proxima Comitia comitiorum. De petita sibi consulum Gallicana quidem Natio, supplicis Sportulas honorarias non derogare. pecuniam non ante erogandas, quam a scriba universitatis constet ipsum admissum esse, aut restitutum in iura sua Nationis.

+pro instrumentis

